de twede en derde op, korter zijnde als de eerste, en puntig, bleek-rood van verwe, uytgesonderd haar uyt-einden, dewelke bleek-groen zijn: onder dese vertoonen haar de vierde en vijfde bloem-snippelingen, schoon-rood van verwe, uytgenomen hare nageltjens, dewelke bleek-geel zijn, uyt dese en komt niet meer als een bloed-rood bloem-draatje te voorschijn, wiens topje mede swart is; tusschen dese laatst geseide bloems verdeeldheden vertoond sig nog een sesde snippelinge, lips-wijs neder-hangende, wiens uyterste bleek-geel is.

Flore emarcido, succedit vasculum seminale triquetrum, in quibus semina triangula, coloris fusci, quæ Mense Octobris ad perfectam maturitatem perducta sunt, in Horto Amstelodamensi.

Als de bloem vergaan is, so volgt daar een drie-kantig zaad-huysken, waar in drie-hoekige bruyne zaden gehuisvest worden, dewelke in October tot volkome rypigheid gekomen zijn in den Medicijn Hof van Amsterdam.



CAP.




SISYNRICHIVM ÆTHIOPICVM MAIVS LATIFOLIVM, FLORIBVS ALBIS, HEXAPETALIS LINEIS PVRPVREIS STRIATIS
Fig 42.
SISYNRICHIVM ÆTHIOPICVM MAIVS ANGVSTIFOLIVM, FLORIBVS ALBIS
Fig 43
SISYNRICHIVM ÆTHIOPICVM MINVS LATIFOLIVM, FLORE HEXAPETALO ALBO
Fig 44

C A P. XLII.

SISYNRICHIUM ÆTHIOPICUM MAJUS LATI-FOLIUM FLORIBUS ALBIS, HEXAPETALIS, LINEIS PURPUREIS STRIATIS.

GROOT BREED-BLADERIG MORELANDS SISYNRICHIUM MET WITTE SES-BLADERIGE EN PURPUR-GESTREEPTE BLOEMEN.

Radice est bulbosâ, substantiâ compactâ & carnosâ, Croci effigie, folia emittente graminea, sesquipalmaria, semunciam lata, inter quæ caulis exsurgit articulatus, teres, longitudine pedem superans, è cujus articulis bina ac bina exeunt folia ex adverso sita; atticulumque quasi amplectentia.

Flores inodori è summo caule exeuntes & singuli, singulari suo pediculo fulti, Mense Majo sese proferunt, qui per aliquot dies superstites manent, suntque hexapetali, Narcissi Orientalis magnitudine: Horum petala mucronata, intus candida, extus striis suavè purpurascentibus notata: A florum cavo aliquot fluunt stamina, succedentibus capsulis seminalibus triquetris, in quibus semina rotunda, glabra, rufa.

Radicibus Hottentotti in cibo delectantur.

De wortel van dit gewas is een bolleken, vast en vlesig van substantie, in gedaante die van de Saffraan niet ongelijk; uyt dese komen grasachtige bladeren voort, een en een halve band-breed lang, een halve duym breed; tusschen dewelke een rond-lange bloem-steng voord komt, meer als eene voet lang zijnde, die in leden verdeeld is, uyt dewelke eenige bladeren twe aan twe dwers over den anderen staande, haar op doen; waar van de leden als omvangen worden.

Dese hare reukloose bloemen komen eensaam te voorschijn, uyt het opperste der bloem-steng, en dat in de Maand van May, steunende ider op een bysonder, en kleen steeltjen; dese blyven eenige dagen in wesen, sijnde ses-bladerig, en in groote met die van de Orientaalsche Narcissus overeen komende; hare bloem-bladeren sijn puntig, van binnen wit, van buyten met purpure strepen getekend: uyt het midden deser bloemen komen eenige bloem-draden (stamina) *voord; waar na drie-hoekige zaad-huysken volgen, onthoudende in haar ronde, gladde, en rosse zaden.*

De Hottentotten eeten dese wortelen seer geerne.

C A P. XLIII.

SISYNRICHIUM ÆTHIOPICUM MAJUS ANGUSTI-FOLIUM FLORIBUS ALBIS.

GROOT SMAL-BLADERIG MORELANDS SISYNRICHIUM, MET WITTE BLOEMEN.

Præcedenti quidem simile hoc Sisynrichium, flos autem minor, ut & radix.

Foliis gaudet angustis, gramineis, inter quæ caulis emergit glabet, teres, foliis pri-

Dit Sisynrichium is het voorgaande wel gelijk, edog de bloem, en ook de wortel, is kleender.

Het heeft smalle, gras-wyse bladeren; tusschen dewelke sig een bladerloose bloem-

 vus;

vus, spithameus, qui Mense Majo in quinos aut senos fastigiatur flores hexapetalos, præcedentibus minores, alternatim prodeuntes, quorum singuli pediculo nituntur longiori: Petala angustiora, parte interiore alba, exteriore purpureo-rubicunda.

Hisce succedunt vascula seminalia trigona, brevia, semina exilia, rotunda continentia.

Radix bulbosa quoque, & edulis.

steng vertoond, dewelke glad en ook rond is. Dese, een spanne lang zijnde, brengd in de Maand van May, uyt haar opperste gedeelte vijf, ook wel ses ses-bladerige bloemen voord, die boven den anderen staan, in groote de voorgaande wijkende; deselve steunen op langachtige steeltjens of voetjens, en sijn hare bloem-bladeren smal, van binnen wit, van buyten rood purpurachtig.

Hier na volgen korte, drie-hoekige zaad-huyskens, waar in kleene, ronde zaden leggen.

Dese bollekens zijn van gelijken eetbaar.

CAP. XLIV.

SISYNRICHIUM ÆTHIOPICUM MINUS LATI-FOLIUM FLORE HEXAPETALO ALBO.

PRæcedentium radicibus tuberosis similis hujus radix, quæ carnosa, magnitudine tamen nucem avellanam non excedit.

Folia crassiuscula, semunciam ferè lata, palmam longa, mucronata, erecta.

Caulis teres non foliosus, æqualis, glaber, spithameus, è cujus cacumine Mense Martio flores emergunt septem octovè numero, non raro quoque pauciores, uno versu dispositi, pedicellis longiusculis fulti, inodori, hexapetali, intus nivei, striis purpureis extus eleganter variegati, per biduum superstites.

Hisce succedunt capitula triangularia, semina continentia subrotunda, mucrone exili prædita, quæ ad maturitatem perducuntur exeunte æstate.

Semine Promontorio Bonæ Spei transmisso, nata nobis annis M DC LXXXVII & M DC LXXXVIII.

Non minus ac præcedentes, edulis radix.

KLEEN BREED-BLADERIG MORELANDS SISYNRICHIUM, MET WITTE SES-BLADERIGE BLOEMEN.

De vlesige bol-wijse wortel van dit gewas, een hase-noot groot zijnde, is die van de voorgaande gelijk.

De bladeren sijn dikachtig, by na een halve duym breet, een hand breet lang, spits aan haar uyt-einde, en regt opstaande.

De bloem-steng is rond, bladerloos, effen en glad, een spanne lang, uyt wiens bovenste gedeelte, seven, acht, ook minder bloemen voort komen, en dat langs eene zijde van de steel, zittende op langachtige voetjens, deselve sijn ses-bladerig, van binnen wit, van buyten met purpure streepen aardig vergierd, sy blyven twe dagen in haar vigeur, en sijn sonder reuk.

Na yder bloemtje volgt een drie-hoekig zaad-huysken, waar in een rondachtig zaad gevonden word, 't welk een kleen puntje heeft: en sijne rypigheid in 't uytgaan des zomers bekomt.

Dit gewas heb ik uyt zaad opgekregen, 't welk my in de Jaren 1687 en 1688. van de Caap de Goede Hoop toegesonden wierd.

Dese bol-wyse wortelen sijn so wel eetbaar, als de voorgaande.

CAP.



AMARANTHO AFFINIS INDIÆ ORIENTALIS FLORIBVS GLOMERATIS, OCYMOIDIS FOLIO

CAP. XLV.

AMARANTHO AFFINIS INDIÆ ORIENTALIS, FLORIBUS GLOMERATIS, OCYMOIDIS FOLIO. *Breyn. Cent.* 1.

WADAPU *Hort. Mal.*

Gaudet hæc planta radice fibrosâ, caulem promens bipedalem, ramosum, teretem, pilis breviſſimis obſitum, geniculis purpureis ex intervallis longioribus, interceptum.

Folia ſubtus dilutè vireſcentia, binâ ex adverſo reſpondentia, non raro quoque plura ſimul ad ramorum divaricationes prodeuntia, magnitudine & formâ varia; quæ ortu ſunt prima, majora, latiora, & obtuſa, longioribusque pediculis fulta: ſuperiora autem minora, breviora, anguſtiora mucronata, omnisque diviſionis ignara, breviſſimis pedicellis fulta.

Caules ut & eorum rami ſummo faſtigio flores ſuſtinent glomeratos, maxima parte ex ſquamis purpureis, rigidis, oblongis, mucronatis, nitentibus, bicompoſitis, conflatos: haſce inter ſquamas floſculi emicant ſtellares, albicantes, quorum ſingulis ſemen ſuccedit ſolitarium, Amaranthi ferè ſimile, lanugine niveâ obſitum.

Tuſſim, fauciumque dolores lenire folia, Horti Malab. Authores autumant.

BOLRONDE OOST-INDISCHE FLUWEEL-GELYKENDE BLOEMEN MET BLADEREN VAN OCYMOIDES.

Deſe Plante heeft een zazelige wortel, dewelke een getakte, en een twevoet hooge ſtenge voortbrengt, deſelve is rond, met korte hayrtjeus beſet, wiens purpurverwige leden of knietjens wijt van den anderen ſtaan.

De bladeren zijn van onderen ligt-groen, twee aan twee dwers over elkanderen ſtaande; ook komender wel meer byeen te voorſchijn, en dat ontrent de leden, van forme en groote van den anderen veel verſchillende; die gene, dewelke eerſt voor den dag komen, zijn grooter, breder, en aan haar uyt-eynde ſtomp, ſteunende op langer voetjens: de boveuſte in tegendeel ſijn kleender, korter, ſmalder, puntig, en ongeſneden ook ongeſchaart, welkers voetjens ſeer kort zijn.

De bloemen ſitten aan het uiterſte des ſtengs, en deſſelfs takken, deſelve ſijn bolwijs op een gehoopt, voor 't grootſte gedeelte uit purpure, ſtijve, langwerpige, gepunte, blinkende en gepaarde ſchubbens te ſamen geſtelt, tuſſchen dewelke witagtige ſterrewijſe bloemtjens te voorſchijn komen, waar van ider een eenig zaadjen voortbrengt, 't welk het zaad van de Fluweel-bloemen by na gelijk, en omvangen is van een ſneeuwitte donſigheid.

Dat de bladeren van dit gewas den hoeſt ſtillen, en de pijne der keele verſagten, verſekeren ons de Autheuren van den Hortus Malabaricus.

OBSERVATIONES.

Caulis medullâ niveâ infarctus, maculis purpuraſcentibus notatur, præſertim parte inferiore.

AANTEKENINGEN.

De ſtenge, met een witte merg-agtige ſubſtantie vervuld zijnde, is geteekent met purpur-verwige vlakken, voornamentlyk van onderen.

Qui inter ſquamas emicant floſculi, è caliculo emergunt quinquepartito, quæ laciniæ admodùm anguſtæ, mucronatæ, tomento albo obſeſſæ & vireſcentes ſunt exceptis mucronibus, qui colore purpureo perfuſi: floſculorum cinereo-albicantium oræ in quinas lacinias quoque ſunt diviſæ, inter quas apices locantur longiuſculi, nivei, qui prima fronte viſi, lineas albas mentiuntur.

Stamina adeò brevia, ut nudis oculis vix ac ne vix quidem conſpiciantur.

Stylus cujus pars ſuperior bifurcatur, è fundo floſculorum emergens, innititur vaſculo ſeminali conformi.

Sapor totius plantæ fatuus.

De bloemkens, dewelke haar tuſſchen de ſchubbens opdoen, komen uyt een kelkjen voort, 't welk in vyven is geſneden, welke verdeeltheden byſonder ſmal en puntig zyn, ook met een witte dons beſet, en groen van couleur, uytgenomen haare uyteynden, dewelke purpur-verwig zyn: het uyterſte deſer aſgrauwe witte bloemkens is mede in vyven geſneden, tuſſchen welke verdeeltheden langwerpige ſneeu-witte topjens geplaaſt zyn, die met d'eerſte opſlag der oogen haar als witte ſtreepjens vertoonen.

De bloemdraden zyn ſo kleen, datſe ſonder vergroot-glaſen beſwaarlyk geſien kunnen werden.

De bloem-ſtyl, wiens bovenſte deel in tween is geſpouwen, uyt de grond der bloemkens voortkomende, ſit op 't Pyn-appelformige zaathuuskon.

De gebeele plante is ſmakeloos.




CAP.



POLYGALA ARBOREA MYRTIFOLIA CAP: BONÆ SPEI, FLORIBVS ALBIS, INTVS PVRPVREIS

Fig 40



C A P. XLVI.

POLYGALA ARBOREA MYRTIFOLIA CAP. BONÆ SPEI, FLORIBUS ALBIS INTUS PURPUREIS.

Radix ei lignea, parte interiore lutea.

Caudex pollicem crassus, cortice griseo amictus, diversis brachiatur ramis.

Folia Myrti lati-foliæ Belgicæ paria, paulò tamen minora & molliora, viriditate dilutiore prædita, incondita, sapore subamaro.

Flores tripetali extus albicantes, intus purpurascentes; horum petala bina lateralia ex adverso sita, tertium verò, galeam æmulans, situm habet sublimiorem.

Semina videre haud mihi contigit, ob infortunium, quod supervenit huic arbusculæ, ea propter pingi curavi ante ejus interitum.

Promontorii Bonæ Spei alumna est, unde ad nos translata.

OBSERVATIONES.

Hæc perpetuæ frondis planta, tres circiter pedes alta, inter fruticem & arborem ambigit, densè fruticans.

Rami obsequiosi, foliis amicti, maxima ex parte alternatim dispositis, hilariore virore perfusis, margine non crenatis, partim mucronatis, partimque mucrone destitutis.

Petalum tertium & supremum, barbulam parte anteriore & exteriore exserens, complicatur secundum ejus longitudinem, in qua complicatura occultantur stylus & stamina, quæ numerò sunt septem octove, albicantia, apicibus luteo-croceis instructa, inter quæ stilus emergit pallidè luteus.

CAAPSCHE, BOOMAGTIGE KRUYS-BLOEMEN, MET MYRTUS BLADEREN, WITTE EN VAN BINNEN PURPUR-VERWIGE BLOEMEN.

Dit gewas heeft een houtagtige wortel, van binnen geel van couleur.

De stamme een duym dik, en met een grauwe schorsse omvangen zijnde, wert in verscheyde takken verdeeld.

De bladeren gelijken die van de breetbladerige Hollandsche Myrtus niet qualijk, hoewelse wat kleender en sagter zijn, deselve sijn bleek-groen, sonder ordre aan de takken gebegt, en wat bitteragtig van smaak.

De bloemen sijn drie-bladerig van buyten wit, van binnen purpur-verwig, waar van datter twe bloem-bladeren op zy dwers over elkanderen staan, het derde, een helm verbeeldende, besit d'opperste plaatse.

Noyt heb ik de zaden gesien, wegens een ongeval, 't welk dit Boomtje overquam, weshalven ik het heb laten afteekenen, eer dat het quam uyt te gaan.

Het groeit op de Caap de Goede Hoop, van waar het tot ons is overgebragt.

AANTEKENINGEN.

Het is twijfelagtig of men dese altoos groen-staande plante; dewelke ontrent drie voeten hoog opschiet, onder de digt getakte Boomen, of Heesters sal stellen.

De takken sijn buygzaam en met bladeren beset, die meerendeels eensaam en ongepaart staan, bly-groen van verwe, ongeschaard, waar van sommige aan haar uyteynde rond, andere puntig zyn.

Het derde en opperste bloem-blad is na desselfs langte toegevouwen, aan 't welk voorste en uyterste gedeelte een vooruytstekend baardeken (barbula) *sit, in de gesyde vouwe verbergen haar de bloem-styl en bloem-draden, dewelke seven of agt in getale en wit van couleur zyn, versien van geel-Saffraan-verwige hoofsjens, tusschen dewelke de bloem-styl voortkomt, van couleur ligt-geel.*

Calix trifoliatus herbaceus.

Locis aridis & montosis ad Promontorium Bonæ Spei luxuriat planta isthæc; hinc advectam possidet Hortus Medicus Amstelodamensis, curâ Nobilissimi & Amplissimi Domini Joh. Huydekoper, Equitis, Dom. in Maarseveen, Neerdijk, &c. &c. Augusti Emporii Amstelodamensis Consulis & Senatoris &c. &c.

De bloem-kelk is driebladerig en groen van couleur.

Men vind dit gewas veel op bergagtige en droge plaatsen van de Caap de Goede Hoop, van waar het in den Amsterdamschen Medicyn-Hof gekomen is, door de voorsorge van den Wel-Ed en Grootagtbaren Heer J. Huydekoper, Ridder, Heere van Maarseveen, Neerdyk, &c. &c. Burgermeester en Raad der Stad Amsterdam. &c. &c.



CAP.

ANGELICA ARBORESCENS SPINOSA

Fig 5.



C A P. XLVII.

ANGELICA ARBORESCENS SPINOSA, SEU ARBOR INDICA FRAXINI FOLIO, CORTICE SPINOSO.
Ray. Hist. Pl.

DOno Reverendissimi Episcopi Londinensis, Henrici Compton, de studio Botanico optimè meriti, hanc nacti sumus plantam, cujus descriptionem à Doctiss. Rajo concinnatam verbotenùs recitare animus est. *Hæc folia habet amplissima, ramosa ad instar Angelicæ; Lobi seu folia partialia Angelicæ æmula, sed glabriora; Costæ foliorum spinis obsitæ sunt, non admodum crebris, uti est & truncus arboris. Foliorum insuper pediculi latiuscula & velut membranacea basi caudici & ramis adnexi sunt. Folia hyeme decidunt. Vidimus in Horto Chelseiano hujus generis arborem, quæ staturâ humanam altitudinem, crassitie brachium superabat, summa parte in ramos divisam. Sunt autem germina seu surculi, quos quotannis emittit, admodum crassi, foliis crebris obsiti. In quantam altitudinem excrescat, quo ætatis suæ anno florere incipiat, cujusmodi florem & fructum producat, quamque diu duret nescimus; umbelliferam tamen esse suspicamur.* Hactenus Rajus.

Hæc stirps sedem fixit in Horto nostro caudice aspero, cubitum alto, in articulos inæquales diviso, cortice griseo tecto, pollicem crasso.

BOOMACHTIGE ANGELICA MET DOORNEN.

D*It gewas, 't welke ons toegesonden is door den Eerwaardigen Heer Henric Compton, Bisschop tot London, (dewelke, om de bevorderinge, die hy toebrengd, tot de kennisse der gewassen, veel eere verdiend) is van den seer geleerden Heer Raius beschreven; wiens woorden wy voorgenomen hebben alhier te verhalen.* Dese plante, *seyd hy*, heeft seer breede en tak-wyse bladeren, gelyk de gemeene Angelica, waar mede ook hare verdeelde bladeren overeenkomen, met dat onderscheyd nochtans, dat dese wat gladder zijn. De ribbens, die door de verdeelde bladeren loopen, als mede de stam, sijn met doorntjens beset, dog spaarsaam en ver van een staande. De steelen deser bladeren sijn breet, en als vliesachtig aan haar grond; alwaar sy uyt de stam en takken voort komen. Des winters laat dit gewas sijne bladeren vallen. In den Chelsiaansen Hof is ons dusdanigen Boom, mans hoogte overtreffende, voorgekomen, een arm in dikte geensints wykende: dese was van boven in takken verdeeld. De botten, die desen Boom jaarlijks komt voort te brengen sijn seer dik, en met veele bladeren beset. Hoe hoog deselve komt te wassen, op wat tijd des jaars de bloemen haar beginnen te vertoonen, hoedanig deselve zijn, als mede hare vruchten, hoe lange sy ook bestendig zijn, is ons tot nog toe onbekend; Edog na onse meninge is 't een boom wiens bloemen waijers-wys, en veele by een in de ronte zijn geschikt, *tot hier toe strekken de woorden van Raius.*

Dit gewas heeft in onsen Hof de hoogte gekregen van een elleboog, de dikte van een duym, en is in leden verdeeld, die op een ongelijke distantie van den anderen staan, omvangen van een grauwe schorsse.

 Fo-

Folia, ex adverso bina, pediculis rubicundis fulta, dilutè virescentia, sapore astringente, sicut in Angelica vulgari.

Patriam agnoscit Virginiam, è qua in Angliam, inde ad nos in Belgium est advecta.

Doctissimus D. Plukenet hujus stirpis figuram exhibet in sua Phytographia Tab. 20. nomine, *Christophorianæ arboris aculeatæ Virginiensis.*

De bladeren zijn ligt-groen, t'zamentrekkend van smaak en overeenkomende met die van de gemeene Angelica, dwers over malkanderen staande, twe aan twe, en dat op rosse steeltjens.

De natuurlijke groei plaats is Virginia, van waar het in Engeland, en eyndeling tot ons in Holland is overgestuurd.

Den seer geleerden Dr. Plukenet heeft hier van een figure uytgegeven, in zijne beschryvinge der gewassen Tab. 20. onder de benaminge van Boomachtige en gedoornde Christophoriana van Virginia.

OBSERVATIONES.

Radice est crassa, lignea, pullo cortice obducta, è qua exsurgit caudex foliis ramosis alternatim positis, per intervalla brevia exornatus. Folia triangulata, tribus, quinis & pluribus constant alarum conjugationibus, cum uno impari ad costam: Harum singulæ in solo lætiori & calido non raro subdividuntur in alias bicompositas uno impari alam claudente, unoque singulari folio alæ basin sæpè obsidente: Alarum folia brevissimis pediculis fulta, ex latiori basi in mucronem longiorem desinentia, nonnihil serrata sunt.

AANTEKENINGEN.

De wortel is dik, houtachtig en van een swartachtige schersse omvangen: hier uyt komt de stam voort beset met getakte, en ongepaarde, en niet ver van den anderen voortkomende bladeren. De geheele bladeren zijn drie-hoekig, behelsende in haar drie, vyf, en meer gepaarde en gebladerde ribbens, waar van de uyterste alleen ongepaard blyft: en wanneer 't gewas op een warme plaatse, en in goede aarde geset word, sosmaal-deelen haar dese geseyde ribbens in meer andere en kleendere gepaarde ribbekens, en zyn dese alle van gepaarde, en tegen den andere overstaande bladerkens versien; onder dese is het uyterste blaatje ook veeltyds eensaam, gelyk ook het eerste dat uyt het begin der ribbens voortkomt: alle dese bladerkens met seer korte steeltjens uyt de ribbens voortkomende, zyn eenigsints geschaard, en scherp toelopende.



CAP.




ALOE SVCCOTRINA ANGVSTIFOLIA SPINOSA FLORE PVRPVREO

CAP. XLVIII.

ALOE SUCCOTRINA ANGUSTIFOLIA SPINOSA, FLORE PURPUREO.
Breynii Prod. 2.

Sobolem hujus plantæ, ex India Orientali in Hollandiam transmissæ, possidemus munere Nobilissimi Amplissimique viri D. Simonis à Beaumont, Secretarii Nob. Præpotentissimorumque Dominorum ordinum Holl. & West-Vr.

Luxuriavit & floruit, A. M DC Lxxxix. & M DC xc Mense Feb. (loco calido posita, aliàs flores tardius perficit) in Horto nostro, ubi eandem accuratâ icone ad vivum exprimi curavi.

Radix tuberosa, cortice cinereo obducta, folia emittit saturatè virescentia, in sesquipedalem longitudinem producta, angusta, crassa, succulenta, extremo in mucronem densè stipatis desinentia, sentibusque exiguis, pallidis, mollioribus armata.

Ex horum medio thyrsus seu caulis emittitur sesquipedalis & altior, teres, lævis, parte superiore foliolis amictus, colore fusco, cujus cacumen floribus ornatur densissimè stipatis & spicatis, hexapetalis, dilutè purpureis, nutantibus, ab imo ad summum usque successivè se explicantibus, horum petala ad ungues connata, inter quæ stamina aliquot rubicunda emergunt, extra flores emicantia: hisce præteritis, succedunt capsulæ seminales triangulares.

Brumam rigidiusculam patienter ferens, custodiri quidem potest in hybernaculo vulgari, ast quò calidius illud fuerit, eò vegetior & floridior erit planta.

Caule evanido novæ soboles aut germina producuntur è lateribus plantæ, quibus

SMAL-BLADERIGE, DOORNACHTIGE ALOE VAN SUCCOTORA MET PURPUR-VERWIGE BLOEMEN.

Van dit gewas hebben wy een jonge plante gekregen, van den Wel-Ed Heer Mr. Simon van Beaumont, Secretaris van de Ed. Gr. Mog. Heeren Staten van Holland en West-Vriesland, uyt Oost-Indien in Holland overgesonden zijnde.

Dese plante, d'welke ik na 't leven heb laten aftekenen, heeft in onsen Hof sterk gebloeid in de Jaren 1689. *en* 1690. *in de Maand van February, in een warme plaatse geset zijnde, anders bloeid sy later in 't jaar.*

De wortel knobbelachtig, en met een grauwe schorsse omvangen zijnde, brengt donker-groene bladeren voord, die anderhalve voet lang zijn, ook smal, dik, sap rijk, voor spits toelopende, aan de kanten met kleene, digt by eenstaande, bleeke sagte doorntjens beset.

Uyt het midden deser komt een bruyne ronde, gladde, boven aan met kleene bladerkens besette steng voort, anderhalve voet of meer hoog, aan wiens bovenste gedeelte de bloemen airs-wyse en seer digt by een, voort komen: dese bloemen sijn ses-bladerig, bleek purpur-verwig, nederwaards hangende succeslvelijk van onderen af opgaande; dese hare bloem-bladeren sijn vereenigd ontrent de bloem-nagelen, en komen eenige roode bloem-draden tusschen deselve voort die een weynig buyten de bloem uytsteken na de bloemen komen der drie-kante zaad huyskens voort.

Dit gewas is vry hard, en kan in een gemeene winter-plaats bewaard worden, en dog hoe warmer datse geset word, hoe milder datse groeid en bloeid.

Na dat de bloem-steng vergaan is, maakt se weder nieuwe spruyten, en dat uy

 mul

multiplicatis, uno eodemque tempore plures thyrsi simul exeunt.

Folia transcissa succum emittunt luteum, atque amarum, qui melioris est notæ, ac odore gratior quàm vulgaris & veræ Aloës, cujus succus ingratus & fœtens, hujus verò odor cum Aloë Succotorina vera convenit.

de zyden des plants, dewelke vermeenigvuldigd zijnde, op een en deselve tyd veele bloem-stengen en bloemen voort-brengd.

Wanneer de bladeren dwers door-gesneden werden, so geven sy een geel bitter zap van haar, 't welk beter en ook aangenamer van reuk is, als dat van de gemeene en ware Aloë, wiens sap onaangenaam, en stinkend is, maar dese hare reuk komt over een met die van de ware Aloë Succotorina.



CAP.




Aloe Arborescens Africana N D.
Fig.

C A P. XLIX.

ALOE ARBORESCENS AFRICANA.

Catal. Horti Beaumontiani.

HAc plantâ exoticâ nos donavit Nobilissimus vir Simon à Beaumond, Hollandiæ West-Vrisiæque ordinibus à Secretis &c. &c.

Caudex jam spithameus, pollicem crassus, geniculatus, cortice griseo amictus.

Folia è summitate caudicis exoriuntur, quæ duas uncias lata, manusque longitudinem æquantia, ad exortum angusta, extremo mucronata, rigidiusculа, splendentia, atro virore perfusa, densissimo stipatu congeruntur, Yuccæ non dissimilia, ast breviora, latiora, molliora, & deorsum reflexa.

A brumæ injuriis præservanda, cautèque custodienda, tenera enim est.

Flores videre mihi nunquam contigit.

OBSERVATIONES.

Caudex vix dici potest geniculatus, annulares enim circuli, genicula mentientes non nisi foliorum abjectorum sunt vestigia, quæ senescente arbuscula sensim evanescunt.

Folia in exortu (uti in Canna Indica) cucullorum in modum convoluta visuntur.

AFRICAANSCHE BOOM-ALOE.

Dit gewas is ons vereerd van den Wel-Ed. Heer Secretaris Simon van Beaumond, &c. &c.

Des selfs stamme is nu een span lang geworden, een duym dik, in leden verdeeld, en omvangen van een grauwe schorsse.

De bladeren komen seer digt en veel by een uyt den top voort, die van de Yucca eenigsints gelykende, uytgenomen datse sachter, korter, en breeder zijnde, baar meer nederwaards na de aarde komen te buygen: deselve zijn twe duym breed, een band lang, smal aan baar begin, scherp toelopende, styfachtig, blinkende, en donker-groen van verwe.

Dewijl het een teder gewas is, so moet het sorgvuldig voor de koude bewaard worden.

Desselfs bloemen en zijn my noyt voorgekomen.

AANTEKENINGEN.

De stamme kan beswaarlijk gesegt werden in leden verdeeld te zyn; aangesien des selfs circulaire verdeelingen, wel eenigsints haar als leden vertoonen, edog in der daad niet anders en zyn als 't overblyffsel van de afgevalle bladeren, dewelke, wanneer dit Boom-gewas ouder komt te worden, t'enemaal vergaan.

De bladeren zyn in haar eerste voortkomen moniks-capswys gevouwen, gelyk die van de Canna Indica of Indiaans riet.

Patriam agnoſcit Africam; ex Guïnea enim, curâ & ſumptu ſupra nominati Domini, in Patriam noſtram delata eſt.

De natuurlijke groei-plaats is Africa; want het is uyt Guinea in dit ons Vaderland gebracht, door de voorſorge en onkoſten van den boven gemelden Heer.



CAP.




ARVM ÆTHIOPICVM FLORE ALBO, ODORATO
Fig. 5.

CAP. L.

ARUM ÆTHIOPICUM FLORE ALBO, ODORATO.

INter varias radices, quas mihi dono dedit Nob. D. Simon vander Stel, Promontorii Bonæ Spei Gubernator dignissimus, hujus quoque Ari radicem offendi, vulgaris similem, bis autem ejus magnitudinem superantem, è qua folia aliquot, pediculis longioribus fulta, enascuntur, lævia, glabra, nitentia, dilutè virentia, Ari majoris æmula, ast productiora, in extremo claviculâ quâdam in gyrum circumactâ, donata, non minus ac radix acredine suâ post masticationem, fauces linguamque vellicantia, & quasi transadigentia.

Inter hæc folia caulis exsurgit bipedalis & procerior, teres, glaber, nitens, foliis concolor, in cujus fastigio, è tunicæ membranaceæ ceu vaginæ medio, pistillum nudum eminet, colore subluteo, in cujus ambitu flosculi producuntur, iisque marcescentibus, succedunt fructus, quos ob cæli inclementiam, æstatisque brevitatem in Horto Nostro ad maturitatem nunquam perduximus, itaque de iis nihil certi referre possum.

Radix, quæ nobis transmissa anno reparatæ salutis MDCLXXXVII vivax, singulis annis nova promit folia, aliis per hyemem marcidis & corruptis.

Floret circa æstatis exitum.

Notatu dignum existimo, quod in hisce foliis observavi, nempe, si nimis irrigetur planta, per claviculas suas superfluam humiditatem guttatim eructa-

MORELANDS KALFS-VOET MET EEN WITTE EN RIEKENDE BLOEM.

ONder verscheyde wortelen, die my vereerd zijn, door den Ed. Heer Simon van der Stel, Gouverneur op de Caap de Goede Hoop, hebbe ik de wortel van dese Kalfs-voet mede gevonden, dewelke, hoewelse de gemeene gelijkt, echter meer als twemaal so groot is als deselve: Uyt dese komen eenige gladde, effene, ligt-groene en blinkende bladeren te voorschijn, steunende op lange voetjens; deselve sijn die van de groote Kalfs-voet gelijk, hoewel sy langer zijnde, aan haar uyterste met een rondlopend claauwierken versien zijn: Dese bladeren en sijn niet minder scherp van smaak, als wel hare wortelen, waar door de tonge en keele bysser geoffenseert werden, als men die komt te kauwen.

Tusschen de bladeren komt de bloem-steel te voorschijn, twe voeten ook wel hoger groeiende, deselve is rond en lang, glad, blinkend, en in couleur met de blader-stelen overeenkomende, uyt wiens opperste een bloot, geel-achtig stampertjen sig opdoet, en dat uyt een vliesig bekleetsel, als ware het een schee: rontom 't geseyde stampertje komen de bloemkens te voorschijn, en dese verdroogd zijnde vertoonen haar de vruchten, dewelke wegens de kortheid des somers, en guurheid onses climaats noyt tot rypigheid gekomen zijn: so dat ik daar van niets sekers seggen kan.

De wortel, die ons in 't jaar 1687 toegesonden is, hebben wy eenige jaren in 't leven gehouden, en geeft alle jaren nieuwe bladeren, d'oude 's winters vergaan zijnde.

De bloemen werden in 't uytgaan des somers gesien.

'T is aanmerkens weerdig, 't geen ik ontrent dese bladeren geobserveert hebbe, namentlijk, so men dit gewas te veel waters geeft, so is 't, dat het t'overtollige

ri, & quasi distillari limpidam & gustu acrem.

An eadem sit planta, quæ in Catalogo Horti Lugd. Bat. nomine Ari Æthiopici flore albo, odorato, moschum redolente insignitur, haud affirmo, propterea quod ibi præter denominationem nil additum.

Radices virtutibus convenire cum vulgari, & ejus locô substitui quoque posse, ex relatione eorum, qui illud sunt experti, hausimus.

door fijne claauwierkens, druppelender- of distilleerender-wyse uytwerpt, zijnde 't selve als dan klaar, en scherp van smaak.

Of dit nu 't selve gewas is 't geene in de Cataloge van den Hort. Lug. Bat. onder de name van Morelands Kalfs-voet met witte, en na muscus riekende bloemen voorgesteld word, en kan ik niet zeggen, om dat aldaar niets anders als van een bloote benaminge werd gesproken.

Dat de wortelen in krachten overeenkomen met die van de gemeene Kalfs-voet en in des selfs plaatse mede gebruykt kan werden, is ons gesegt van die gene, dewelke sulks ondervonden hebben.



CAP.



ARVM CEYLANICVM HVMILE LATIFOLIVM, PISTILLO COCCINEO



CAP. LI.

ARUM HUMILE CEYLANICUM LATI-FOLIUM, PISTILLO COCCINEO.

SUnt ei radices rotundæ, Ari vulgaris similes, extus colore dilutè spadiceo, intus lacteo, fibris albicantibus capillatæ, nec non gustu acri prææditæ: Ex iis folia exurgunt, pediculis longioribus innitentia, formâ diversâ, alia enim aliis ad pediculum profundiùs dissecta, magis minusvè quoque cuspidata, atro virore perfusa, sapore acri etiam prædita.

Inter folia caulis exit uncialis, in cujus fastigio pistillum pulchrè coccineum emicat, in mucronem desinens; idque è membranea, cuspidata, & sulcata vagina, interna facie purpuræ decorem induente, externa virescente colore perfusa.

Pistillo brevi evanescente nullum fructum sub climate nostro perfecit: Plantæ superficies quotannis hyeme marcescit, radice restibili, (qua propagatur) germina novella insequente vere producente.

Frigoris impatiens solem auramque calidiorem amat, itaque in repositoriis, fenestris vitreis instructis, conservanda.

Ceylonâ hanc assecuti sumus plantam, quam hactenus in Horto nostro excoluimus.

LEEGE EN BREET-BLADERIGE CEYLONSCHE KALFS-VOET, MET EEN SCHAARLAKE-RODE STAMPER-WYS DODDEKE.

DE ronde wortelen van dit gewas gelijken die van de gemeene Kalfsvoet,(Arum)*deselve zijn van buiten ligt-castanie-verwig, van binnen melk-wit, ook met veele zazelingen beset, en scherp van smaak: uyt dese komen de bladeren voort, versien van lange steelen, scherp van smaak, donker-groen, drie-hoekig, en ongelijk van gedaante, door dien d'eene meer ingesneden is, als d'andere; ook en sijnse niet alle even spits aan haar uyt-einde.*

Tusschen de bladeren doet sig de bloemsteng op, een duym-breed lang zijnde, uyt wiens toppe een schoon root-schaarlake stamper-wys doddeken voort komt, 't welk in een spitse eyndigd; 't selve is van een vliesig, geveurd, en puntige scheede (vagina) *omvangen, dewelke van binnen purpur-verwig en van buyten groen is.*

Het stamper-wys doddeken in korten tijd, sonder vruchten hier te lande vergaande, so werd ook te gelijk alle het loof tegens de winter te niete gebracht, de wortel alleen overblyvende, waar door deselve voortgeset word.

Dewijl dit gewas geen koude kan verdragen, so moet men het selve wel warm setten, en dat in glase-kassen.

Wy hebben het uyt Ceylon gekregen, en cultiveren het tot nog toe in onsen Hof.

Viribus non multùm abludere ab Aro vulgari dubitandum non est.

Daar en is niet aan te twijfelen, dat des selfs krachten overeenkomen met die van de gemene Kalfs-voet.







ARVM CEYLANICVM POLYPHYLLVM, CAVLE SCABRO, VIRIDI DILVTO, MACVLIS ALBICANTIBVS, NOTATO

C A P. LII.

ARUM POLYPHYLLUM CEYLANICUM, CAULE SCABRO, VIRIDI DILUTO, MACULIS ALBICANTIBUS, NOTATO.

Radicem suppeditat rotundam, asperam, fuscam, intus ex candido subflavam.

Caulis ad duorum pedum proceritatem sese extollit, tres uncias crassus, tactu scaber, ceu exilibus spinulis obsessus, colore dilutè viridi perfusus, niveisque maculis notatus, quod visu pulchrum, gratumque; Caulis ad fastigium in tres dispescitur ramos, & hi in alios secundarios, quibus folia annectuntur alata, quorum partialia bicomposita, nullis pedicellis fulta, oblonga, mucronata, margine absque crenis æquali, unciam lata, aut paulò latiora.

Flos in hisce oris nunquam emicuit.

Radix quotannis renovatur ex caulis basi, priore emarcidà, & corruptà.

Multò calore indigens planta, mensibus æstivis sæpius irriganda.

Utrum hæc eadem sit, quæ Mulen-schena dicitur Authoribus Hort. Mal. tom. 12. dubitandi mihi ansam præbuit, caulis glaber, quô Mulen-schena est prædita, à me nunquam (quod sciam) visa, hæc verò nostra planta gaudet cortice scabro.

VEEL-BLADERIGE CEYLONSCHE KALFS-VOET, MET EEN LICHT-GROENE, ROUWE, EN WIT GEVLAKTE STENGE.

De wortel van dese plante is rond, rouw, bruyn, van binnen witachtig-geel.

De steng drie duym-breet dik zijnde, is rouw in 't aantasten, (als of deselve met doorntjens beset was,) en met witte vlakken aardig getekend zijnde, schiet twe voeten hoog uyt het aardrijk, wiens opperste sig in drie takken komt te verdelen, en dese wederomme in kleendere takskens; de bladeren sijn gevleugeld, welkers verdeelde bladerkens twe aan twe steel-loos gevoegd zijnde, haar aan de ribbens vereenigen: deselve sijn langwerpig, scherp-toelopend een duym of meer breed, en effen van kanten.

De bloem heeft sig hier te lande noyt vertoond.

Ondertusschen dat de oude wortel vergaat, so vernieuwd sig een andere uyt de grond van de steng.

Na dien dit gewas veel warmte des somers van noden heeft, so moet men 't selve dikwils bevochtigen.

De rouheyd van de schorsse des stengs heeft my in twijfel gebracht, of dit wel 't selve gewas is, 't welk by de Autheuren van den Hortus Malabaricus, in 't twaalfde deel, Mulen-schena geheten word, en een effe gladde stenge heeft, 't welk van my in dese plante noyt mijns wetens gesien is.

Patriam agnoſcit Ceylonam, unde nobis radices ſunt allatæ, nomine *Kidaram.*

*De natuurlijke groei-plaats van dit gewas is Ceylon, van waar ons des ſelfs wortel is toegeſonden, met de name van Ki-*daram.



C A P.




ARVM CEYLANICVM POLYPHYLLVM, CAVLE ASPERO MACVLIS VIRIDI-FVSCIS, VIRIDI-DILVTIS ET ALBICANTIBVS, PVLCHRE N
Fig.

C A P. LIII.

ARUM CEYLANICUM POLYPHYLLUM CAULE ASPERO, MACULIS VIRIDI-FUSCIS, VIRIDI-DILUTIS, ET ALBICANTIBUS, PULCHRE NOTATO.

VEEL-BLADERIGE CEYLONSCHE KALFS-VOET, MET EEN ROUWE, ROS-GROENE, OOK LICHT-GROENE, EN WITGEVLAKTE STEEL.

Radice ſuſtinetur magna, ſphæricâ, aſperâ, extus fuſcâ, intus albâ.

'T heeft een groote, bol-ronde, rouwe wortel, die van buyten bruyn-rood, en van binnen wit is.

Caulis exſurgens, ſpithamam longus & procerior, craſſus, tactu ſcaber, fungoſus, exuviarum ſerpentum inſtar eleganter variegatus, viridi-fuſcus, hinc inde dilutiore viriditate præditus, & maculis albis notatus: primô tamen ortu, caules incarnato pallore albeſcunt, qui temporis progreſſu obſcurantur: ſuperiore parte ramoſi facti foliis veſtiuntur quaſi alatis, præcedentis Ari latioribus, in mucronem exeuntibus, atro-viridibus, averſâ parte dilutè herbaceis.

De ſteng, een voet of anderhalf hoog opſchietende, is dik, rouw, voos, ſchoon gevlakt als een ſlange-huyt, donker ros-groen, ook hier en daar licht-groen, en met witachtige vlakken door een vermengd; in 't begin, wanneer deſe ſteng eerſt uyt het aardrijk voortkomt, is deſelve licht-incarnaat of lijf-verwig, die dan met der tyd meer en meer komt te verduyſteren: de ſtenge boven aan in takken verdeeld zijnde is verſien van bladeren, dewelke haar als gevleugelde bladeren (alata) *opdoen, breeder zijnde als die van de voorgaande, edog voor ſpits toelopend, en donker-groen, van onderen lichter-groen van verwe.*

Flores proferre haud potuit, omni quantumvis induſtriâ adhibitâ.

Tot het bloeien en heb ik ſe niet kunnen krijgen, hoewel alle vlyt daar toe van my aangewend is.

Circa autumnum ſuperficies plantæ perit, imò & radix poſtea; novâ quæ productâ, ut denuò germinet, multo indiget calore.

Ontrent den Herfſt vergaat de ſteng, en daar na ook de wortel ſelfs; ſo dra een nieuwe voortgebracht is, heeftſe veel warmte van noden, om wederom aan 't uytſchieten te koomen.

Quia aëris injurias ferre nequit tempore hyemali, locum expoſcit calidum & ſiccum, quô denegatô facilè putreſcit radix.

Ook en kanſe des winters tegen geen koude, maar moet deſelve droog en warm gehonden worden, anders komt de wortel ligt te verrotten.

Utrum facultatibus vulgaris Ari, aut Serpentariæ, gaudeat, affirmare haud ausim.

Of dese ook de krachten van de gemene Kalfs-voet, of van die van onse Serpents-kruyd (Serpentaria) *heeft, en kan ik niet versekeren.*



C A P.



BALSAMINA CVCVMERINA INDICA FRVCTV MAIORE FLAVESCENTE

C A P. LIV.

BALSAMINA CUCUMERINA INDICA FRUCTU MAJORE FLAVESCENTE.

PANDI-PAVEL *Hort. Mal.*

UT palam fiat, quantum valeat ars circa culturam plantarum exoticarum, consultum duxi, hanc, cujus fructus maturos in Horto Nostro Anno M DC LXXXVIII & M DC XC. conspeximus, cæteris adjungere, quantumvis in Horto Mal. sit descripta.

Radice firmatur fibrosâ, è quâ viticulæ producuntur, quæ, nisi adminiculis sustineantur, in terram procumbunt, aliàs vicinis quoque stirpibus aut perticis sese circumvolventes, capreolorum beneficio, iis cohærent.

Folia bina ex adverso respondentia, in septem lacinias profundas & angulosas, divisa, longioribus pediculis appensa, Vitis foliis similia, capillis exilibus obsita sunt, odorem fætidum exhalantia, sapore amaro.

Flores inodori, pentapetali, colore in dilutiorem flavedinem inclinantes, sex staminibus medium occupantibus, prædit; multi ex iis steriles aut inutiles evadunt, quod plantis cucumetaceis admodum familiare, fructiferi verò prævium habent fructus rudimentum, cujus apici flos marcescens insidet.

Fructus oblongus, ventricosus, extremo mucronatus, Cucumeris formà: cortex verrucosus & tuberculis exasperatus, primò herbido pallore albescens, tandemque colorem croceum induens; hujus pars extrema per maturitatem dehiscit, in cujus hiatu pulpa fungosa, ut & semina coloris citrini, involucrò sanguineò

INDIAANSCH COMCOMMERACHTIG BALSEM-KRUYD, MET EEN GROOTE GEELE VRUCHT.

NIet tegenstaande dit gewas in den Hortus Mal. is beschreven, so hebbe ik evenwel geraden gevonden, deselve hier by te voegen, om te toonen hoe verre men door de konste van culture de vreemde gewassen hier te lande kan brengen, en heeft dese in onsen Hof rijpe vruchten voortgebracht in de Jaren 1688 *en* 1690.

Het heeft een zazelachtige wortel, waar uyt rijsige takjens voortkomen, die ter aarde nederleggen, ten sy deselve ondersteunt worden, anders so makense haar ook wel vast aan de bystaande gewassen, of staakjens, en dat door hare clawierkens.

De bladeren gelijken die van de wijngaard niet qualijk, twee aan twee over malkanderen geplaatst, en in seven diepe en hoekige verdeeltheden gesneden zijnde; deselve rusten op lange voetjens, en sijn met kleene hayrtjens beset zijnde, stinkende van reuk, en bitter van smaak.

De bloemen sijn reukloos, vijf-bladerig, licht-geel, en in 't midden met ses bloemdraden versien: onder deselve zijnder veele, die vruchtloos komen af te vallen, 't welk de comcommerige planten seer gemeen is, maar die gene, dewelke vrucht-dragende bloemen zijn, dese besitten van den beginne af het beginsel van een vrucht, aan wiens uyterste het bloemtje vast sit, schoon het aan 't vergaan is.

De vrucht is gelijk als een Comcommer, langwerpig, in 't midden uytpuylende, voor spits toelopende: de schorsse is knobbelachtig en oneffen, in 't eerst bleek witachtiggroen, daar na saffraan-verwig; wanneer de vrucht rijp is, so berst deselve aan 't eynde open, waar door men als dan het voose, geele, en soetachtig merg in 't gesigte krijgt,

Ddd dul-

dulci amicta, in conspectum producuntur.

Semina oblonga, plana, fusca, Cucurbitæ minoris ferè æmula, aspera, figuris variis insignita, modice acuminata cum fovea aut compressione in utroque latere, nucleo albicante & amaricante prædita.

Eodem, quo semina & fructus perficit, anno, perit; annua enim est planta, quæ singulis annis semine renovanda, quod committendum & fovendum loco soloque calido, enutritioni plantarum exoticarum idoneo, quibus neglectis sterilitatem adipiscitur.

In India Lupuli vicem supplent folia in confectione cerevisiæ, ad necandos & expellendos vermes decoctio foliorum ex aqua simplici facta verminantibus propinatur; Oleum Olivarum, in quo fructus macerati sunt, vulneribus recenter inflictis sanandis conducit, prodestque cutis scabiei.

Præter hanc descriptam & aliæ duæ olim quoque sedem fixerunt in Horto nostro, nempe Balsamina Cucumerina, fructu minore flavescente, Authoribus Hort. Mal. T. 8. Pavel dicta: Ut & Balsamina rotundifolia repens, sive mas Bauh. Pin., quæ à multis est descripta, ita ut supervacaneum foret illam hic insetere, & describere.

als mede de zaden, omvangen sijnde van een schoon root bekleetsel.

De zaden sijn langachtig, plat, die van de kleene Caauwoorden niet qualijk gelijkende, rouw, bruyn, en als met verscheyde figuren getekend, tamelijk puntig, wederzijds wat ingedrukt, van binnen versien met een bittere en witte pit.

Het vergaat 't selve jaar wanneer de vrucht en zaden rijp geworden zijn, want het is een een-jaarige plante, die alle jaar van nieuws op gezayt moet werden, en dat op een warme plaats, bequaam om uytheemsche planten uyt te broeien, en sonder dat blijfd deselve onvruchtbaar.

De bladeren werden in Indien gebruykt in plaatse van Hop in het maken van Bier, het affietsel met schoon water toebereyd, geest men aan die gene te drinken, dewelke met wormen beladen zijn; de vrucht in Olijf Oly gelegt, geneest de versche wonden, en schorftheyd des huyts.

Behalven dese, hebben wy nog twe andere soorten in onsen Hof gehad, namentlijk, de Comcommerachtige Balsem kruyd, met een kleene geele vrucht, in den Hort. Mal. beschreven onder de name van Pavel, en dat in 't achtste deel. Als mede Kruypend Mannekens Balsem kruyd, met ronde bladeren van Bauh. in Pin. beschreven, edog dewijle dese van veele verhandeld en beschreven zijn, achten wy het onnodig deselve hier by te voegen.

CAP.



FICOIDES, SEV FICVS AMERICANA SPHÆRICA TVBERCVLATA LACTESCENS, FLORE ALBO, FRVCTV PYRAMIDALI RVBRO



C A P. LV.

FICOIDES VEL FICUS AMERICANA SPHÆRICA, TUBERCULATA, LACTESCENS, FLORE ALBO, FRUCTU RUBRO PYRAMIDALI.

Cat. Hort. Beaum.

INter omnes plantas, quas Omnipotens Conditor è terra produxit, haud infimum locum occupat isthæc Ficoides, quæ caudice & foliis quasi priva, è terra emergit obscurius virens, oblonga, superiore parte plana, semipedalis est longitudinis, ambitus verò pedem integrum præter propter æquat; parte exteriore plurimis obloogis tuberculis obsita, quorum cimi spinulis spadiceis armati.

Flores exigui ex ambitu inter tubercula emicant, albicantes, quibus emarcidis succedunt coloris amethystini fructus oblongi cum prominula fibrilla ex ejus apice: horum pulpa purpureo-rubicunda & subdulcis, plurimis seminibus exiguis, pullis, infarcta, quæ maturitatem adepta cum fructu procidua quotanois propullulant.

Planta transversim secta experimur eam constare carne, cucumeraceæ immaturæ simili, herbido pallore albescente, saporis sub acris, hinc inde succo lacteo emanante, præsertim parte exteriore læsâ, ut & vasis succiferis, quæ à centro ad circumferentiam ducuntur.

Radix ei vivax, exilis, paucisque fibris capillata.

America alit hanc plantam, ex Curassavia & aliis Americæ insulis ad nos translatam.

RONDE, GEBUCHELDE, AMERICAANSCHE MELK-GEVENDE VYGE, MET WITTE BLOEMEN, EN ROODE PYRAMID-WYSE VRUCHTEN.

ONder alle gewassen, die den Almogende Schepper uyt het Aardrijk heeft laten voortkomen, en heeft geensints de minste plaatse dese kleene vyge, dewelke gelijk als stam- en bladerloos uyt het aardrijk voortkomende, donker-groen, en langwerpig is, van boven plat, in den omtrek ontrent een voet dik, een halve voet lang, van buyten met seer veel langachtige heuveltjens beset, welkers uyterste gewapend is met rosse doorntjens.

De bloemen sijn kleen, wit, en komen tusschen de geseyde heuveltjens voort; dese verdroogd zijnde vertoonen haar langwerge, rood amethyst-verwige vruchten, uyt welkers toppe een kleen zazelingtje te voorschijn komt: het merg deser vruchten is purpurrood van couleur, en zoetachtig van smaak, vervuld met seer veel kleene swarte zaden, dewelke rijp geworden, en op't aardrijk gevallen zijnde, jaarlijks jonge plantjens voortbrengen.

Dese plante, dwers doorgesneden zijnde, bevinden wy te bestaan uyt een vlesige substantie, dewelke die van een onrijpe commmer gelijk is, wit van couleur, met eenige bleke groenigheid vermengd, eenigsints scherp van smaak, hier en daar eenig melkachtig zap van sig gevende, voornamentlijk als men het buytenste komt te quetsen, of wel de sap-rijke vaten, die van 't middel-punt na den omtrek lopen.

Dit gewas heeft een kleene, lang-levende en met seer zazel-rijke wortel.

America is desselfs natuurlijke groeiplaats, en is tot ons overgestuurd uyt Curassauw, en andere omleggende eylanden.

Frigoris eſt impatiens, pauco ſolo & aqua indiga, conſervandaque in repoſitoriis feneſtris vitreis inſtructis.

OBSERVATIONES.

Primo ortu ſphæricæ quidem eſt figuræ, verùm planta adoleſcens teres fit, nullis tamen ſulcis exarata, & altera alteri quaſi innaſcitur, Cerei ſpinoſi facie.

Flores lanugine mollicella, denſa, obſiti, non è plantæ ſummo exoriuntur, ſed ex ambitu inter tuberoſas prominentias, ſpinulis in extremo armatas, ita ut impunè eos carpere non liceat.

Monopetali ſunt flores, (quorum laciniæ ſquamatim ſibi invicem impoſitæ, ex latiori baſi in aculeum tenuiſſimum, atro-purpureum abeunt,) qui non rarò, luxuriante natura, gemelli, ſibi invicem connati, viſuntur, ſicut annexa figura indigitat; extrinſecus albido vireſcunt, intrinſecus albido colore nitent.

Stylus nutritivus, qui extremo in plures partes minutiſſimas diviſus, aſteriſcum repræſentat, hujus color ex luteo purpuraſcens.

Staminula numeroſiſſima, brevia, albicantia, apiculis luteis apiculata.

Pars fructus latior, cui & floſculus emarcidus & ſiccatus plerumque adhuc adhæret, primum producitur, & paulatim gracileſcens pyramidalem induit formam fructus.

Het en kan geen koude verdragen, en heeft ook weynig aarde van noden, ook en moet het niet veel begoten, en in een glaſe-kaſſe bewaard worden.

AANTEKENINGEN.

Dit gewas is wel bol-rond, wanneer het ſelve jong is, maar oud geworden zynde word het langwerpig rond, ſonder nochtans gevoord te zyn, en ſchynt d'eene uyt d'andere voort te komen, op de wyſe van een doornige was-kaarſſe, (Cereus.)

De bloemen, met een ſachte donſigheid digt beſet zynde, en komen niet uyt het opperſte van de plante, maar uyt den omgang des gewas, tuſſchen de bultige gedoornde beuveltjens, ſo dat men ſe ſonder queſinge niet en kan plukken.

Het zyn een-bladerige bloemen, (welkers ſnippelingen ſchubs-wyſe op den anderen leggen, deſelve ſyn breetachtig aan haar grond, en eyndigen in een dun ſwart purpur-verwig doorntje) dewelke ſomtyds twe aan een gevoegd worden, de natuur weeldrig zynde, gelyk ſulks de geannecteerde figure verbeeld: deſe bloemen ſyn van buyten uyt den witte groen, van binnen blinkend en wit.

De voedende bloem-ſtyl, dewelke aan het eynde in veele deelen geſneden is, verbeeld een kleen ſterretje, van couleur uyt den geele purpur-verwig.

De bloem-draatjens ſyn ſeer veele, kort, wit, en met geele hooftjens verſien.

Het breedſte gedeelte der vrucht, waar aan het verdroogde bloemken gemeenlyk vaſt zit, komt eerſt te voorſchyn, en de vrucht allenkskens uytwaſſende en verdunnende, kryg een pyramids-wyſe gedaante.



C A P.





FICVS INDICA SEV OPVNTIA CVRASSAVICA MINIMA.

CAP. LVI.

FICUS INDICA, SEU OPUNTIA CURASSAVICA, MINIMA.

Cat. Hort. Beaum.

Ex radicibus ligneis, quæ fibris non admodùm crebris præditæ funt, prodit hæc planta fruticofa admiranda, cujus folia inferiora non folùm in caudicem degenerant, verùm etiam fuperiora ramos repræfentant.

Folia funt admodùm fucculenta, craffa, palmam, non rarò quoque fpithamam longa, digitum minimum lata, nec multò minus craffa, humore vifcido referta, plurimis tuberculis exafperata, è quibus fpinulæ crebræ prodeunt tenues, rigidæ, acutæ, contrectantibus facilè adhærentes, foliaque relinquentes.

Sub climate noftro flores nondum, quòd fciam, protulit.

OBSERVATIONES.

Crefcendi modo à reliquis Opuntiæ fpeciebus minimè differt hæc, fed omni ex parte minor, & innumeris fpinulis armata; Congenerum more facillimè

INDIAANSCHE VYGE, OF KLEENSTE CURASSAUSCHE OPUNTIA.

Uyt houtachtige en niet feer zazelrijke wortelen komt defe beefterachtige en wonderbare plante voort, wiens onderfte bladeren niet alleen in een ftamme veranderen, maar ook de bovenfte takken komen te verbeelden.

De bladeren fijn byfonder fap-rijk, dik, een palme, ook wel een fpanne lang, een pink breed, en ook niet veel dunder, met een flijmerige vocht vervuld, en ongelijk van fuperficie of oppervlakte wegens de veelheyt der bultjens, waar uyt veele kleene, dunne, ftevige, fcherp-ftekende doorntjens voortkomen, dewelke aangeraakt zijnde, hare bladeren licht verlaten, en haar aan de aanrakers vaft-hegten.

Tot nu toe en heeft het hier te lande niet gebloeid, voor fo veel my bekend is.

AANTEKENINGEN.

Dit gewas en differeert geenfints in manier van groeien van de andere foorten van de Indiaanfche Vygen, alleen is defelve in allen deelen kleender, en met ontelbaare doorntjens pro-

propagatur ; calore multo & rariore irrigatione contenta.

Neque flores neque femina in loco natali confpicere licuit illis, qui ex Curacao hanc nobis attulêre plantam, quibus & flore & femine vidua dicitur.

perfectam maturitatem pervenerunt, verùm fructibus adhaerentes & calicum vices supplentes, mutando tamen colorem, qui enim primò albi erant flosculi, jam herbido colore perfunduntur.

Staminibus gaudent quatuor niveis, surrectis, apicibus concoloribus instructis, remanentibus cum petalis, donec fructus perfectam maturitatem adipiscantur, in fructuum exortu stamina ità comprimuntur, ut, quae primu erant surrecta, jam situm transversum obtineant.

Per totam aestatem floret vigetque, nec folia, Circaeae similia, deponit, nisi nova sint renata: sapor eorum oleraceus.

De viribus nihil traditur.

worden zyn, verstrekkende alsoo de vrugtjens tot een kelkwijs bekleetsel, veranderende nogtans haar couleur, dewelke eerst wit zyn, en nu, de vrugtjens omvangende, bleekgroen worden.

Dese bloemkens zyn versien van vier sneeuw-witte, regtop-staande bloem-draden, dewelke met de bloem-bladerkens eencoulenrig zyn. deselve blyven de bloemkens by, tot dat de vrugtjens ryp syn geworden, en werden in 't voortkomen der vrugtjens soodanig geperst, dat sy, die eerst regt op stonden, nu over dwers staan.

Dit gewas bloeit de geheele somer door, en het laat de de bladeren, dewelke die van de Circea gelyk zyn, niet vallen, voor datter nieuwe voortgebragt zyn, en syn dese van een moesige smaak.

De kragten en zyn van niemand tot nog toe ontdekt geworden.



CAP.

MALVS AMERICANA TRIFOLIATA FRVCTV POMI AVRANTII INSTAR COLORATO *Fig. 67*



C A P. LXVII.

MALUS AMERICANA TRIFOLIA, FRUCTU POMI AURANTII INSTAR COLORATO.

ARACH-SIMMERON *vulgò.*

PLantis pomiferis accenſenda hæc arbor, quæ Nobiliſſimo Hermanno, Parad. Bat. Prod. audit *Therebinthus Americana trifolia lucida*, *Palamalatta* vulgò dicta: An rectè, aliis judicandum relinquo, ego autem hactenus ſuffragari nequeo.

Patriam agnoſcit Americam continentem, in cujus Inſulis ubertim quoque alitur, *Arach-Simmeron* indigenis dicta, id eſt, *Aurantium Sylveſtre*, idque ratione formæ & coloris fructus, quæ cum malis Arantiis nonnihil conveniunt.

Radice cortice luteô, gravem odorem ſpirante: caudex autem materiâ firmâ & neutiquam fungosâ donatur, integumentô cineraceô, aromaticô amictus.

Folia hilariore viriditate perfuſa, ſplendentia, è lato mucronata, margine æquali, ſapore fatuo, tricompoſita, communi pediculo longiori nixa: Singularia autem folia pediculis innituntur breviſſimis.

Quales producat flores, prorſus ſum ignarus, quia florentem nondum offendi hanc arbuſculam.

Fructus rotundus, minoris pomi magnitudinem æquat, cortice duro Malicorio ſimili amictus, colore aurantio.

DRIEBLADERIGE AMERICAANSCHE APPEL-BOOM, MET ORANJE-VERWIGE VRUGTEN.

D*Eſen Boom behoord onder de Appeldragende Boomen, deſelve is in de Parad. Bat. Prod. van de Heer Profeſſor Hermans*, Americaanſche Therebenthyn-Boom met blinkende, en drie te ſamen gevoegde bladeren, *geheten: Of zulkx wel of qualijk is, laat ik andere oordelen, voor my, ik en ben van dat gevoelen niet, dat ſy onder de Therebenthyn-bomen behoort geſtelt te werden.*

Het Vaderland van deſen Boom is de vaſte kuſt van America, in wiens Eylanden ſy ook veel gevonden word, zijnde aldaar van die Inwoonders Arach-Simmeron *geheten, dat is,* Wilde Oranje-Boom, *en dat wegens de forme en couleur des vrugts, die met die van de Oranje-appelen eenigzints overeenkomen.*

De wortel heeft een geele baſt, dewelke ſterk riekend is: de ſtamme is hard van hout, en geenſints ſponcieus, omvangen zijnde van een asgrauw-verwige, en aromatike ſchorſſe.

De bladeren ſijn bly-groen van verwe, blinkend, breet aan haar grond, en ſpits toelopend, effen van kanten, ſmaakloos, van drie te ſamen gevoegt, ſteunende te ſamen op een lang gemeen voetjen: yder daar en boven is van een ſeer kort voetjen verſien, waar door ſy haar aan de groote en gemeene voet of ſtelen vaſt maken.

Wat voor bloemen dit Boomken voortbrengt, is my gants onbekent, alſo ik deſelve noyt heb ſien bloeien.

De vrugt is rond, ſijnde van groote een kleene Appel gelijk, omvangen van een harde ſchorſſe, gelijkende die van een Granaat-appel, en van couleur met die van een Oranje-appel overeenkomende.

Semina intra carnem mollem continentur plano-rotunda, nonnihil impressa, uno extremo cuspidata, colore fusco.

Planta tenera, calore multo fovenda, paucâque aquâ irriganda.

Utrum eadem sit cum Tapia Pisonis & Marcgravii, aliorum judicio relinquo, ego autem calculum apponere vix potero, differentia aliqua in fructu & semine existente.

De zaden die in de sagte vlesigheid der selven ontbonden werden, sijn plat, rond, eenigzints ingebogen, bruyn-verwig, met een voor uytstekent puntje.

Dit is een teeder gewas, begerende groote warmte, en weynige vogtigheyt.

Dat desen Boom deselve is, dewelke van de Heer Piso en Markgraaf Tapaia word gebeten, zulkx en kan ik niet toestemmen, om dat'er in de vrugt, en in't zaad eenige onderscheyt is, weshalven ik het sal laten aan't oordeel van andere.

OBSERVATIONES.

Arubæ Insulæ, Curacao vicinæ, incola est hæc arbor, cujus fructus recentes & arbusculæ juniores nobis inde advectæ.

Semina per fructus pulpam irregulariter & copiosè sparsa, reniformia, quod in delineatione haud satis benè expressit pictor.

AANTEKENINGEN.

Dese Boom heeft haren natuurlyke groei-plaats op't Eyland Aruba, dogt by Curacao, van waar ons versche vrugten, en jonge boomtjens toegesonden zyn.

De zaden, dewelke veele en sonder ordre, door het merg der vrugten verspreyt leggen, syn hartswyse van figure, 't welk den tekenaar niet wel uytgedrukt heeft.



CAP.

MALUS AMERICANA LAURO-CERASI FOLIO, VENENATA



CAP. LXVIII.

MALUS AMERICANA, LAURO-CERASI FOLIO, VENENATA.

MANCINELLO ARBOR SEU MASSINILIA *dicta*.

ANno M DC Lxxxvii. mihi transmissa sunt poma aliquot arboris Massiniliæ, idque ex insulâ Curacao, è quorum seminibus solo commissis prodiit hæc arbuscula, cujus facies non solùm, verùm etiam venenositas ejus perpaucis nota; idcirco conducibile fore existimavi, figuram ejus hic repræsentare, in usum Chirurgorum trans mare currentium, ut vitent hanc plantam horribilem, atque mirificè venenatam.

Radix ei non admodum dura, cujus caudex tertio à satione anno in Horto Nostro in tripedalem ferè altitudinem excrevit, in loco autem natali in mediocrem proceritatem arboream assurgit: Lignum quoque non admodum durum, cortice fuscô, in ramis verò, virescente, obductum.

Folia longitudine digitos sex transversos, latitudine tres æquantia, pediculis nituntur oblongis: sunt autem folia ad exortum rotunda, extremo mucronata, margine nonnihil crenata, foliis Pyri haud ita similia, quemadmodum ab aliquibus sunt descripta, sed foliorum Lauro-cerasi magis æmula, hilariore & nitente virore prædita, rigidinscula, carnosa.

Flores exiles, lutei, unguibus petalorum exceptis, qui intus colore sanguineo sunt perfusi.

Fructus æmulantur poma exigua, qui aspectu amœni, primò rubicundi, postea flavedinem, tandemque exsiceati, colorem cinereum induunt: sublata cuticula exteriore & pulpâ interjectâ apparet nucleus osseus, durissimus, scaber, semina includens quatuor subcærulea in singulis cellulis latitantia, una parte acuta, altera rotunda, quorum medulla candida.

Perpetuò viret arbor hæc, intus succo lacteo undique turgens: descriptionem hujus arboris à D°. Brimelin Hist. des Avon-

VENYNIGE AMERICAANSCHE APPEL-BOOM, MET BLADEREN VAN LAURO-CERASUS.

IN 't Jaar 1687 zijn my uyt Curassou enige appelen van de Massanilie-boom overgestuurt, uyt welkers zaaden dit Boomtje opgekomen is, wiens gedaante niet alleen, maar ook hare venijnigheit weinige menschen bekent zijn: weshalven het my goet gedagt heeft, des selfs figure alhier te verbeelden, ten dienste voornamentlijk van de Scheepsvarende Chirurgijns, ten einde sy dese schrikkelijke, en venijnige plante mogten schuwen.

Het heeft een wortel die niet seer hard is, en is des selfs stamme, dewelke in de natuurlijke groei-plaats tot een matelijken booms hoogte komt te groeien, in onsen Hof, het derde jaar na de sayinge, by na drie voeten hoog opgeschooten; dese omvangen zijnde van een bruyne schorsse, en is mede niet seer hard, de takken daar en tegen zijn met een groene bast bekleet.

De bladeren zijn ses vingeren breet lang, drie breet, steunende op langagtige voetjens: dese bladeren zijn stijfagtig, lijvig, blinkent-groen, aan haar begin rond, en scherp toelopend, ook aan de kanten een weinigsken geschaart, niet soo seer overeenkomende met die van onse Perebooms-bladeren, als wel met die van de Lauro-cerasus.

De bloemen zijn kleen, geel van couleur, uitgesondert der selver bloem-nagelen (ungues,) *dewelke van binnen bloet-root zijn.*

De vrugten gelijken niet qualijk kleene appelen, zijnde lieflijk in 't aansien, eerst root, daar na geel, en gedroogt zijnde, grauw van couleur: het buytenste velleken, als mede 't vleesig wesen deser vrugten weg gesneden zijnde, soo vertoont sig een steenige noote, dewelke seer hard en rouw is, waar in vier blauwagtige zaden onthouden werden, leggende yder in een byzonder celleken, dese zijn aan d'eene kant rond, aan de andere puntig, van binnen wit van merg.

Dese Boom staat altoos groen, en is van binnen alsints met een wit melkagtig sap begaaft, wiens beschrijvinge, so die van de Heer

turiers Cap. 2. concinnatam hic inserere animus est. *Venenata hæc arbor, de qua sermonem facere volui, in Pyri proceritatem adolescit, foliis Lauri Sylvestris æmulis; fructus sunt poma, iis similia, quæ vocantur Belgico idiomate Reynetten: ab Hispanis arbor denominatur quoque Arbos de Mancanillas, id est, arbor exilia poma ferens; sunt autem poma adeò venenata, ut in aquam conjecta, aut prolapsa venenositate sua illam ità inficiant, ut nequidem pisces in ea degentes, ab eo toxico immunes sint &c.*

Qui ex Europa primùm in Americam adveniunt semetipsos facilè hisce fructibus interficiunt, aspectu odoratuque adeò acceptis, ut ab eorum usu & esu vix sese possint abstinere; quibus optimum remedium seu antidotus est oleum olivarum liberaliùs epotum, quo veneni vis obtunditur, aut æger ligandus vinculis & ita impediendus ne per biduum aut triduum bibat, quod illi arduum atque difficile, queritur enim perpetuò de siti in tolerabili & incendio, totum corpus rubedine ignis instar inficitut, linguâ nigredine obsessâ, carbonis ad exemplum: siquis autem largius hisce pomis fuerit usus, non datur remedium contra mortem certò subsecuturam.

Hispanus quidam mihi quoque narravit & confirmavit sese expertum, radices hujus arboris venenosissimas esse, nullumque huic malo antidotum hucusque repertum potentius quàm ipsa ejus semina subtiliter contusa & cum vino porrecta.

Gustavit quidam me præsente exiguam portionem folii hujus arboris, dicens saporem esse gratum, verùm post semiquadrantem de faucium contractione valdè querebatur, donec usu lactis vaccini restitutus esset.

Multò calore indiget, & terrâ irrigua gaudet, planta hæc admodùm tenera.

Brimelin in sijne hist. der Avonturiers Cap. 2. opgestelt is, sal ik hier invoegen. Dese venynige plante, (*segt hy*) waar van ik voorgenomen hebbe te handelen, krijgt de hoogte eenes Perebooms, waar van de bladeren, die van de wilde Laurier, gelijk zijn. De vrugten hebben de gedaante van onse Reynette Appelen: ook soo wort desen Boom by de Spanjaarden geheten Arbos de Mansanillas, dat is, kleene Appeltjens-dragende Boom, en sijn des selver Appelen soo venynig, datse in 't water gevallen of geworpen zynde, 't selve soodanig door hare venyngheid infecteren, dat selfs de Vissen, die haar in 't selve water onthouden, van haar venyn niet vry en zyn &c.

Die gene, dewelke eerst uyt Europa overkomen, vergeven haar selve ligtelijk met dese vrugten te eeten, dewelke in 't aansien soo aangenaam, en lieflijk van reuk zijn, datse haar selven van 't gebruik naulijkx kunnen onthouden; waar tegen het beste tegengift en remedie is, het indrinken van veel olyf-oly, waar door de kragt van 't vergift gebroken wort: anders soo onthoutmen soo een lijder 2. 3. dagen agter een alle drank, hem vastbindende en alsso verhoedende, dat hy geen drank magtig worden kan, 't welk hem een seer swaren last is, die hy naulijkx kan uitstaan, wegens een gedurige brand, en onverdraaglijken dorst; het gehele lichaam word vuurig root, en de tonge swart; is 't sake dat iemand veel van dese Appelen heeft gegeten, so en isser gants geen remedie tot sijne genesinge, maar moet nootsakelijk sterven.

Seker Spanjaart heeft my ook verhaalt en bevestigt, ondervonden te hebben, dat de wortelen deses Booms ook seer venijnig zijn, en dat daar toe geen grooter remedie uitgevonden is, als het zaad deser Appelen fijn gestoten, en met wijn ingedronken.

Een seker persoon proefde eertijds in mijn bywesen een kleen stukje van een blad deses Booms, en zeyde my 't selve aangenaam te zijn van smaak, maar na een half quartier uurs, klaagde hy dat hem de keel als toegenepen wierd, tot dat hy door 't gebruik van zoete melk gereddert wierd.

Dit is een seer teder gewas, en moet door hitte en veel waters in 't leven gehouden worden.

CAP.





ANONA.

Fig 69

CAP. LXIX.

ANONA.

Radice alitur graveolente, dura, in varios ramos brachiata, cortice rubicundo amicta.

Caudex in arboream proceritatem excrescens in paucos dispescitur ramos, libro viridi amictos, cinereisque punctulis notatos.

Folia ampla, inodora, glabra, inordinatè disposita, adversà parte nitentia, & saturatè viridia, aversà autem dilutiore virore persusa, manibusque confricta unctuositatem remittentia.

Flores, qui ab aliis dicuntur tripetali, crassi, albidi, nondum in conspectum venère.

Fructus sunt coniformes, pugni magnitudinem non rarò superantes, qui intus medullà suavi odore, gratoque sapore repleti, in quibus semina oblongo-rotunda, plana, glabra, nitentia, atque refrigerante virtute prædita.

OBSERVATIONES.

Varias hujus arboris species in regionibus calidioribus inveniri certum, magnitudine, fructuumque formà plurimùm differentes.

America diversas alit, unde & varii nobis transmissi fructus, quorum primus & maximus Anona Sylvestris dictus, pomum magnitudine superat, cortice glabro, spadiceo tectus; semina oblonga, plana, glabra, fusca, continens, estque nobis ex Curacao allatus.

Secunda Anonæ species fructum profert cordiformem (unde quoque Cor Bovinum vulgò audit) scabrum, Strobulo similem, coloris itidem spadicei, semina supradicto conformia, sed minora & nigricantia includens: Hæc cum Anona Maram Hort. Mal. part. 3. pag. 23. & Anon Oviedi satis convenire videtur.

Tertiæ speciei fructus eandem induit formam, aspero vero & quasi spinoso tectus est cortice, præcedenti concolore, & seminibus quoque ab eodem non differt.

ANONA.

De wortel van dit gewas is swaar van reuk, en veelvoudig verdeelt zijnde, omvangen van een rood-agtige schorsse.

De stamme booms hoogte groeiende, versprey sig in weinige takken, bekleet met een groene, en grauw gevlekte schorsse.

De bladeren sijn breed, sonder merkelyke reuk, glad, boven bruyn-groen en blinkend, van onderen ligt-groen; deselve staan sonder ordre, en met de handen gevreven zijnde, geven een taye vettigheid van haar.

De bloemen werden gesegt dik, wit, en drie bladerig te wesen, en sijn my noyt voorgekomen.

De vrugten sijn Pijn-appels-wijs, de groote van een vuyst dikwils overtreffende, vervuld met een wel-riekend merg, 't welk ook aangenaam van smaak is; hier in leggen langagtig-ronde, platte, gladde, blinkende, en verkoelende zaden.

AANTEKENINGEN.

't Is seeker datter verscheyde soorten van desen Boom in de warme landen gevonden worden, die van den anderen verscheelen wegens de forme en groote der vrugten.

In America werdender veele gevonden, van waar wy verscheyde vrugten gekregen hebben, onder de welke ook gevonden werd een die seer groot is, en Wilde Anona geheten word; dese overtreft een appel in kloekte, omvangen zijnde van een gladde en effene schorsse, castanie-bruyn van verwe; dese heeft langwerpige, platte, gladde, en bruyne zaden, en is ons uit Curacao overgesonden.

De vrugt van de twede soorte is harts-wyse (waarom deselve ook gemeenlyk Osse-hart geheten werd) en is rouw, gelyk die van de Strobulus, van couleur en zaad de bovengemelde gelykende, hoewel 't zaad kleender en swart is: Dese vrugt schynt ons genoegzaam overeen te komen met de Anona Maram van den Hortus Mal. part. 3. pag. 23. alsmede met de Anon Oviedi.

De derde komt mede met de voorgaande wegens des selfs couleur, forme, en zaad overeen, maar is dese fijne schelle gelyk als doornig.

Fructus quartæ oblongus est & turbinatus, eleganter cæruleus, pomi mediocris magnitudine, ex glandulis lignosis vel squamarum lignosarum strue compactus; hic si non idem, maximam saltem affinitatem habet cum Ahare de Panucho, cujus meminit Nard. Ant. Recchus pag. 348. Strobuli Americani nomine, hic nobis ex Insula Aruba transmissus.

De vrugt van de vierde is langwerpig, peerwijs, schoon blauw van couleur, van groote een middelmatige appel gelyk, en van veele houtagtige benveltjens, of schobbens te samen gesteld; dese heeft soo groot een gemeenschap met de Ahate de Panuche, waar van Nard. Ant. Recchus pag. 348. onder de benaminge van Strobulus Americanus gewag maakt, dat, soose niet deselve en is, soo heeftse daar mede een seer groote gemeenschap.



CAP.



Digitized by Google

MALVS AMERICANA SPINOSA PORTVLACÆ FOLIO FRVCTV FOLIOSO, SEMINE RENIFORMI SPLENDENTE



Google

C A P. LXX.

MALUS AMERICANA SPINOSA PORTULACÆ FOLIO, FRUCTU FOLIOSO, SEMINE RENIFORMI SPLENDENTE.

BLAD-APPEL *vulgò.*

ANno M DC xc. prodiit nobis hæc planta femine, non ex Surinama, verùm ex Infula Americana Margaretha dicta, advecto, nomine *Blad-appel.*

Caudicem jam habet in Horto Noftro bipedalem, fungofum, fpinis geminis minacibus armatum, ad fummitatem ramofum: Cortex per primam adolefcentiam virefcens, tandem cinereum induit colorem.

Folia juxta fpinas orta, tres digitos transverfos longa, fefcunciam lata, ad exortum angufta, extremo cufpidata, per oras non crenata, craffa, fuccofa.

Ramuli ad fpinas niveò tomentò pilosò gaudent.

Flores mihi ignoti.

Fructus, quantum ex aliorum relatione haurire potui, funt poma rotunda, exilia, quæ foliola craffiora emittunt (unde ei nomen *Blad-appel*) fuccò limosò, odorò, turgentia.

Semina non admodùm dura, exigua, reniformia, nitentia, intus fubftantià farinaceà infarcta, fuperficie æquali, colorifque fufci.

Quandoquidem hæc planta admodùm tenera, frigoris copiofique humoris impatiens, à nemine hactenus eft defcripta, eandem delineari curavi.

AMERICAANSCHE DOORNAGTIGE APPEL-BOOM, MET PORCELEIN-BLADEREN, GEBLADERDE VRUGT, en NIERSWYSE BLINKEND ZAAD.

HEt zaad van dit Boom-gewas is ons overgeftuurt in 't Jaar 1690 *uyt het Eyland St. Margariet, gelegen in America, en niet uyt Suriname, met de name van* Blad-appel.

Het is in onfen Hof twe voeten boog opgefchoten, de ftamme is voos, met twe byeen gevoegde en fcherp-ftekende doornen, op een fekere diftantie befet, en van boven in takken verdeelt: de fchorffe is in 't eerft groen, en wert daar na grauw.

De bladeren hebben haren oorfpronk bezijden de doornen, en fijn drie vingeren breet-lang, anderhalve duym breet, fmal aan haar begin, fpits aan haar eynde, aan de kanten ongekerft, dik en fap-rijk.

De takxkens zijn ontrent de doornen met een witte hayrige donffigheid befet.

Des felfs bloemen zijn my noyt voorgekomen.

De vrugten, (foo ik wel onderrigt ben) fijn kleene, ronde appeltjens, waar uyt veele dikke bladerkens komen te waffen, (waar van het ook de naam van Blad-appel *heeft gekregen,) vervuld van een lijmagtig fap, 't welk lieflijk van reuk is.*

De zaden en zijn niet feer hard, kleen, van gedaante als een nier, blinkende, van binnen met een witte meelige felfftandigheid vervult, van buyten effen, glad, en bruyn van couleur.

Dewijl dit gewas feer teder zijnde, ook geen koude, nog veel vogtigheid verdragen kan, van niemand is befchreven, foo hebbe ik het felve doen aftekenen.

OBSERVATIONES.

Spinæ, ad foliorum exortum prodeuntes, ſingulares; bicompoſitæ, non raro quoque plures ſimul ex eodem loco prodeunt, quarum aliæ aliis ſunt longiores.

Folia breviſſimis aut nullis pediculis fulta, maxima ex parte alternatim poſita, nec denſè ſtipata, ſapore fatuo, manſuque mucilaginem lentam emittentia.

AANTEKENINGEN.

De doornen, aan den oorſprong der bladeren voortkomende, ſtaan of eenſaam, of gepaart; 't gebeurt ook meermalen datter meer uyt een en deſelve plaatſe haren oorſprong nemen, die niet alle van eenderhande groote zyn.

De bladeren ſtaan eenſaam, en niet geheel digt byeen, verſien van ſeer korte, en naulyks zeulyke voetjens; deſelve ſyn ook ſmakeloos, en geven in 't kauwen een ſlymerigheid van haar.





Arbor Americana Cvcvrbitifera, folio longo mvcronato, frvctv oblongo



C A P. LXXI.

ARBOR AMERICANA CUCURBITIFERA, FOLIO LONGO MUCRONATO, FRUCTU OBLONGO.

Tribus abhinc annis femine enutrita eft in Horto Medico arbufcula hæc Cucurbitifera, nunc quatuor pedes alta, pollicemque craffa, cujus duas fpecies recenfent Authores, quarum una defcribitur à D°. Rochefort, nomine *Calabaffier*, alterius, cujus figura hic à me exhibetur, Raius meminit Hift. Plant. tom. 2. nomine *Arboris Cucurbitiferæ, foliô longô mucronatô feu Laurino:* Duæ hæ plantæ differunt tantùm fructu, & foliis.

Hæc noftra radice nititur albicante; cortex caudicis grifeo colore imbutus, Sambucum æmulatur.

Folia inordinatè difpofita, fingula, bina, non rarò quoque terna, plurave fimul ad eundem exortum provenientia, margine undulata, productiora, pollicem lata, in utroque extremo angufta, mucronata, Lauri-angufti foliæ bacciferæ fimilia, minus autem rigida, & anguftiora, averfa parte dilutè viridia, in rectâ verò faturatione virore perfufa, fapore amariufculo.

Flores in Europa, quod fciam, nunquam vifi.

Fructus exficcatus, è cujus femine prognata ifthæc, figuræ fuit ovalis, cortice durô, lignosô, æquali & fufci præditus, feminaque in eo comperta plana, cordi-formia, colore fubnigricante.

AMERICAANSCHE LANG-EN SPITS-BLADERIGE CAAUWOERDE-BOOM, MET LANGWERPIGE VRUGTEN.

'T Is, nu drie jaren geleden, dat in den Amfterdamfchen Medicijn-Hof uyt zaad voortgeteeld is dit Caauwoerd-dragend Boomtje, nu vier voeten opgefchooten, en een duym dik zijnde, waar van datter twe foorten by de Autheuren bekent ftaan, hier van is d'eerfte befchreven van de Heer Rochefort, met de benaminge van Calabaffier, *d'andere wiens figure alhier van my vertoont word, gedenkt de Heer Raius in 't twede deel van fijne Hiftorie der Gewaffen met de name van* Caauwoerd-dragende Boom, met lange, en fpits-toelopende, of Laurier-bladeren: *Beyde defe gewaffen verfchillen alleen in vrugt en bladeren.*

Die wy hier befchrijven heeft een witte wortel; de fchorffe des ftams, grauw van couleur zijnde, is die van de Vlier gelijkende.

Des felfs bladeren ftaan fonder ordre eenfaam, ook wel twe aan twe, fomtijds drie aan drie, en meer te famen op een en defelve plaatfe voortkomende, en fpringen defe hare kanten wat op en neder: fy fijn ook lang, een duym breed, aan beyde de eynden fmal, puntig, die van de fmalbladerige en befie-dragende Laurier gelijkende, hoewelfe die in ftevigheyt en breete komen te wijken; defe hare couleur is van onderen ligt, van boven donker-groen, en bitteragtig van fmaak.

De bloemen defes gewas en fijn (mijns wetens) noyt in Europa gefien.

De gedroogde vrugt, uyt wiens zaad dit gewas voortgekomen is, was ovaal van figure, en begaaft met een harde, houtagtige, effene, en bruyne fchorffe, en wierden des felfs zaden daar in plat, hartswijs, en fwartagtig van couleur bevonden.

Cortices hujus fructus Americæ incolis ad conficienda varii generis ſuppellectilia, præſertim cibo & potui continendis deſtinata, inſerviunt.

Tenera eſt hæc planta, calore indigens perpetuò, frigoriſque impatientiſſima.

De ſchorſſen deſer vrugten dienen de Americaners tot het maken van allerhande huysraat, voornamentlijk daar men ſpijs en drank kan indoen.

't Is een teder gewas, 't welk gants tegen geen koude gewapent is, maar gedurige warmte van noden heeft.






SEBESTENA DOMESTICA
Fig. 2

CAP. LXXII.

SEBESTENA DOMESTICA *Baub. Pin.* SEU MYXA *Dod.*

TAMME SEBESTE BOOM.

Anno M DC Lxxxiv ex ossibus aliquot fructuum Myxæ seu Sebestenæ solo mandatis, arbusculæ tres nobis prognatæ sunt.

Folia seminalia affabrè corrugata & complicata, postea sensim dilatata & expansa, muscarium, quò mulieres radios solares avertunt tempore æstivo, repræsentabant.

Hæ arbusculæ sextò à satione annô in quadripedalem proceritatem accreverunt.

Caudex est pollicem crassus, cortice scabrò fuscô, striatò amictus, qui in ramos brachiatur, foliis inordinatis, pediculis longioribus fultis vestitos; sunt autem hæc folia oblongo-rotunda, Alni foliorum æmula, mucronata, iis tamen crassiora & hyeme decidua, nonnihil rugosa, margine inæqualiter serrata, supernè saturè viridia, infernè dilutiore virore perfusa.

Flores hæ arbusculæ protulerunt Anno M DC Lxxxvii, (qui annus fuit, post sationem tertius,) ut & Anno M DC xci Mense Martio, pentapetalos, pediculis brevioribus fultos, ramulorum eimis insidentes, latè satis dispersos, albicantes, suavè olentes: è quorum medio, loco staminum, alii minores flosculi provenire videbantur: tertio die expansionis flosculi in terram procidebant, simul cum suis fructuum rudimentis, quibus insidebant, & sic ob cæli inclementiam, ulterioris indagationis via nobis fuit reclusa.

Ramum hujus plantæ in usum & satisfactionem Botanophilorum ad vivum delineari curavi, utpotè minus cognitæ, quan-

Uit eenige Sebeste Steenen, die ik in 't Jaar 1684 *gesayt hadde, sijn drie boomtjens voortgekomen.*

Als de bladeren voor den dag komen, sijn deselve aardig geployt, maar naderhand haar uytspreydende, gelijken sy een wayer, die de vrouwen in de somer gebruyken.

Het vierde jaar na de sayinge, kregen sy de hoogte van vier voeten.

De stamme, een duym dik, en van een rouwe bruyne en gestreepte schorsse omvangen sijnde, is in takken verdeeld, en versien van onordentlijk staande bladeren, dewelke langhachtig-rond zijn, en die van de Elfe-boom niet qualijk en gelijken, hoewel sy dikker zijn; dese bladeren sijn puntig, eenigsints rouw, aan de kanten ongelijk geschaart, van boven donker-groen, van onderen ligt-groen, en vallen des winters af.

Dese boomtjens hebben gebloeit in 't Jaar 1687, *sijnde het derde jaar na de sayinge, als mede in 't Jaar* 1691 *in de Maand van Maart; dese bloemtjens sijn vijfbladerig, wit, lieflijk van reuk, breedagtig verspreid aan 't opperste der takken, en steunen op korte steeltjens: uyt het midden deser bloemkens scheenen, in plaats van bloem-draden, andere bloemkens te willen voortkomen: den derden dag na het ontsluyten der bloemen, vielen de deselve af, te gelijk met de beginselen der vrugten, waar op sy geseten waren, en alsô wiert ons, door de gestrengheid van 't weer, de verdere ondersoekinge benomen.*

Ik heb een tak van dit gewas na 't leven doen aftekenen tot voldoeninge van de liefhebbers der gewassen, als sijnde tot nog toe

tumvis Clarissimus Prosper Alpinus de Plantis Ægypti figuram quidem exhibeat, ast haud satis accuratam, & cum nostra minus convenientem.

Arbor hæc peregrina multò calore indigens, locanda & conservanda in repositoriis vitreis.

Fructuum usus Medicis notissimus, & in pectoris affectibus utilissimus.

niet genoeg bekend, hoewel Prosper Alpinus de Plantis Ægypti een figure daar van heeft laten uitgaan, dewelke mijns dunkens niet net genoeg en is, ook met dese niet wel en accordeert.

Dit vreemd Boom-gewas moet in glasekassen geconserveert, en veel water gegeven werden.

't Gebruik der vrugten is de Genees-heeren seer wel bekend, en in de gebreeken van de borst seer dienstig.



CAP.



IVIVBE AMERICANA SPINOSA LOTI ARBORIS FOLIIS ET FACIE, FRVCTV ROTVNDO, PARVO, DVLCI *Fig: 73*

C A P. LXXIII.

JUJUBE AMERICANA SPINOSA, LOTI ARBORIS FOLIIS ET FACIE, FRUCTU ROTUNDO, PARVO, DULCI.
Cat. Hort. Beaum.

LEGUANARIA *vulgò.*

PRuniferis adscribenda hæc arbor, cujus natalis est Curacao, ut & aliæ circumjacentes Insulæ, ubi fructus à Belgis ibidem hospitantibus *Leguaan Besien* appellantur: Propterea quod animalia quadrupedia, Iguanæ dicta, horum fructuum gratissimâ & dulci pulpâ ossiculum ambiente admodùm delectantur.

Ex hisce fructibus rotundis, ossiculo tereti, nucleoque albicante prædiris, mihi natæ sunt variæ arbusculæ, è quarum radicibus ligneis, longè latèque per solum dispersis, caudices attolluntur tripedales, spinis plerumque bicompositis horridi, & in ramos itidem spinosos distributi; horum lignum durum, cortice cinereo amictum.

Ad exortum horum rigentium aculeorum, folia prodeunt ordine alterno insidentia, pediculis brevioribus fulta, parte superiore saturâ viriditate prædità, inferna parte terram spectante dilutiore virore perfusa, tres uncias ferè longa, sescunciam circiter lata, mucronata, non decidua, serrata, Loti arboris foliorum subæmula, sapore herbaceo.

Quibus polleat viribus hæc planta, aut cui usui ulterius inserviat, me latet.

AMERICAANSCHE DOORNIGE JUJUBE, VAN GEDAANTE EN BLADEREN DE LOTUS-BOOM GELYKENDE, MET RONDE, EN ZOETE VRUGTEN.

DEsen Boom, wiens natuurlijke groeiplaats is Curacao, als mede d'andere omleggende Eylanden, is een medesoorte van Pruyme-boom, wiens vrugten van de Hollanders, die haar verblijf in de geseyde plaatsen hebben, genaamt werden Leguaan Besien; *om dat de Leguanen, sijnde een soorte van viervoetige dieren, de sagte en eetbare stoffe, die de steenen deser vrugten omvangen, geerne eeten.*

Uyt dese ronde vrugten, welkers steenen langwerpig-rond, en hare kernen wit zijn, heb ik verscheide Boomtjes opgekregen, uyt welkers houtagtige wortelen, die haar wijt en breed door het aardrijk verspreyden, stammekens voortkomen, dewelke drie voeten hoog opschietende, met scherpstekende, en gemeenlijk twee by den anderen staande doornen gewapent zijn, en niet alleen dese stammekens maar ook de takken: het hout deses gewas is hard, en omvangen van een grauwe schorsse.

Aan de grond der geseyde doornen komen de bladeren eensamig, en kortvoetig te voorschijn: dese sijn van boven hoog-groen, van onderen ligt-groen, byna drie duym lang, ontrend anderhalve duym breed, spits toelopende, geschaard, die van de Lotus-boom enigzints gelijkende; sy en vallen des winters niet af, ook en hebben sy geen merkelijke smaak.

Van wat kragten dit gewas is, of waar toe het verders diend, is my onbekent.

Culturæ admodum eſt teneræ, ſolòque indiget pingui & convenienti, ut & irrigatione modicâ, ne incrementum illius continuum inhibeatur.

Het is ſeer teder, en tot des ſelfs oeffeninge en onderhoudinge heeft het bequaame en vette aarde, ook matige bevogtinge van noden, op dat alſoo des ſelfs gedurige aangroei niet verhinderd en werd.

Officula telluri committenda, ciſtâque calidâ, plantarum enutritioni coaptatâ, indigent.

Om dit gewas op te krijgen, moetmen de ſteenen der vrugten in een warme broeibak zaijen.



CAP.




PRVNVS IAVANICA ATRIPLICIS FOLIIS
Fig 74

C A P. LXXIV.

PRUNUS JAVANICA ATRIPLICIS FOLIIS.

KAKOUSA *Javanensibus.*

INter ſemina exotica, ex Inſula Java Anno M DC Lxxxvi ad nos transmiſſa, invenimus quoque Pruna aliquot, nomine Javanico *Kakouſa:* Hæc terræ ritè præparatæ commiſſa fovimus in theca convenienti, quò factò natæ ſunt nobis arbuſculæ quædam, facie pulchræ, circa quas quintò annò obſervavi radicem eſſe albam, ligneam, fibris numeroſis ditatam.

Caudex pollicem craſſus, quatuor pedes altus, durus, cortice ex griſeo-fuſco obductus, parte ſuperiore ramoſus, foliis amictus alternatim poſitis & longis pediculis inſidentibus, palmam longis, duas uncias latis, ambitu inæqualiter crenatis, extremo mucronatis, atro-virore nitentibus, Atriplicis anguſtifoliæ ſubæmulis.

Flores videre haud mihi contigit.

Pulpa fructus exſiccati mollis, guſtu adſtringens, colore ex luteo vireſcens, corticе tenuiore obducitur.

Figura appoſita ad vivum expreſſa, integram arbuſculam, perpetuà fronde virentem, & multò calore indigentem, ut & fructum, cum omnibus ſuis partibus repræſentat.

JAVAANSCHE PRUYME-BOOM, MET MELDE-BLADEREN.

ONder de vreemde zaden uit het Eyland Java tot ons overgeſtuurt zijnde in 't Jaar 1686, *hebben wy ook eenige Pruymen gevonden, met de Javaanſche benaminge* Kakouſa: *deſe in wel bereyde aarde geſloken, en in een bequaame kaſſen geplaaſt zijnde, hebben wy eenige lieflijke boomtjens opgekregen, waar ontrend ik het vijfde jaar na de ſayinge geobſerveert hebbe, dat hare wortelen wit, houtaghtig, en met veele zazelingen verrijkt waren.*

De ſtamme een duym dik, en vier voeten hoog opgeſchoten zijnde, is hard, omvangen van een donker-groene ſchorſſe, en van boven in verſcheyde takken verdeeld, welkers bladeren eenſaam, en op lange voetjens ſteunende, een palme lang, en twee duym breet zijn, ook in haren omtrek ongelijk geſchaart, puntig donkergroen, blinkend, die van de ſmalbladerige Melde niet qualijk gelijkende.

Ik en hebbe hare bloemen niet geſien.

Het gedroogde merg der vrugten is ſagt, t'ſamentrekkend, van couleur uyt den geelegroen, en van een dunne ſchelle omvangen.

De bygevoegde figure na het leven gemaakt zijnde, verbeeld het geheele boomtje, met de vrugt, en alle ſijne deelen: het behout de bladeren des winters, ſoo dat het altoos groen ſtaat.

OBSERVATIONES.

Infecta illa lata, plana, & tandem in pulverem farinaceum abeuntia, nomine Pediculorum Aurantiorum Belgico idiomate nota, & herbas arboresque plurimum vexantia, hisce arbusculis copiosè innascuntur.

AANTEKENINGEN.

Dese boomkens werden bysonder geplaagt van die platte, en breede beeskens, diemen in 't Neerduyts Oranje-Luysen heet, en eyndeling in een pulver vernietigt worden, waar van niet alleen dese, maar ook andere kruyden en boomen seer gevexeert worden.



CERASVS IAMAICENSIS FRVCTV TETRAPYRENO

ig 7



CAP. LXXV.

CERASUS JAMAICENSIS FRUCTU TETRAPYRENO.

Arbuſcula iſthæc, ſemine enata, excrevit nobis ad duorum pedum altitudinem, caudice duro, cortice griſeo tectô, in varios ramos brachiato.

Rami obſequioſi foliis veſtiti ad intervalla ex adverſo binis, Clematidis Daphnoidis ſimilibus, lævibus, oblongo-rotundis, rigidiuſculis, mucronatis, breviſſimis pedicellis ramulis appenſis, nervô utraque parte maximè conſpicuô, prædictis, ſupernè ſaturatâ viriditate nitentibus, infernè autem dilutiore, ſapore ſatuo, nonnihil glutinoſo, imbutis.

KERSEBOOM VAN JAMAICA MET VIER-STEENIGE VRUGTEN.

Dit Boomtje, uit zaad voortgekomen zijnde, is by ons nu geworden twee voeten hoog, hard van ſtamme, omvangen van een grauwe ſchorſſe, en in verſcheyde takken verdeeld.

Deſe takken ſijn tay en buygzaam, bekleet met bladeren, dewelke twee aan twee over malkanderen wat van den anderen ſtaan, die van de Vincoorde of Maagdepalm gelijkende, effen en glad, langachtig-rond, ſlijfachtig, puntig met korte voetjens aan de takxkens vereenigt, en begaaft met een zenuë, dewelke aan beyde de kanten der bladeren ſeer ſichtbaar is: van boven ſijn deſelve donker en blinkend-groen, van onderen in tegendeel ligtgroen, ſmaakloos, en wat ſlijmerig van ſmake.

OBSERVATIONES.

Fructum hujus arbuſculæ, vix edulem & auſtero-acidum eſſe, experti ſumus.

Creſcit ubertim in Inſula Barbados, dicta, indeque ſemina in Belgium ſunt tranſvecta: Eſt & Indigena Inſulæ Curacao, indeque in Surinamam modò demigravit.

AANTEKENINGEN.

De vrugt van dit gewas hebben wy bevonden ſuer en t'ſamen-trekkend van ſmaak, ook naulykx eetbaar te zyn.

Het waſt overvloedig veel op 't Eyland Barbados, waar van daan het zaat in Holland overgevoert is: Het heeft ook Curaſſauw tot des ſelfs natuurlyke groei-plaats, en van daar is 't ook in Suriname gekomen.



ICA FOLIIS RAMOSIS MINORIBVS) FLORE ALBO SVBCÆRVLEO PVRPVRASCENTE MAIORE

Fig. 70



C A P. LXXVI.

AZADIRACHTA INDICA FOLIIS RAMOSIS MINORIBUS, FLORE ALBO, SUBCÆRULEO PURPURASCENTE MAJORE.

Breyn. Prod. 2.

IN justæ magnitudinis arborem exerevit isthæc in Horto Nostro, cujus locus natalis est Zeylona, unde seminibus ad nos transmissis, tellurique nostræ commissis, nobis natæ arbusculæ aliquot.

Radice alitur longè latèque per solum dispersâ, numerosis fibris capillàta.

Caudex cortice fuscô, rami autem virescente teguntur.

Folia ad instar Fraxini ampla, ramosa, ex multis foliolis, sibi mutuò ad costam respondentibus, impari tamen semper alam claudente, adversà parte obscurius virescentibus, aversà autem dilutiore virore præditis, composita, profundè serrata, angusta, sescunciam longa, mucronata.

Flores odorati, tetrapetali, aut pentapetali in ramulorum extremis, nec non è foliorum alis enascentes, plures congregatim proveniunt, communi & longiori pediculo suffulti: singuli autem pedicellis brevioribus adnati, coloris sunt ex albido cærulei, purpurà permixti: Ex horum medio stylus emergit tubulosus purpureus, oblongus.

Fructus viridi teguntur cuticulâ, suntque ossei, angulosi, oblongo-rotundi, olivæ minori similes, colore griseo, quorum

INDIAANSCHE AZADIRACH, MET KLEENE GETAKTE BLADEREN, EN UIT DEN WITTE BLAUW-PEERSVERWIGE GROOTE BLOEMEN.

DIt gewas is in onsen Hof tot een matig boog Boomtje gegroeit, het welke Zeylon tot des selfs natuurlijke groeiplaatse heeft, van waar ons de Zaden overgestuurt zijn, dewelke gesayt zijnde, verscheide Boomtjens voortgebragt hebben.

Het is versien van een zaselige wortel, die wijt en breet door 't Aardrijk verspreit word.

De stamme werd omvangen van een rosse, de takken in tegendeel van een groene schorsse.

De bladeren zijn breet en getakt, gelijk die van de Esseboom, ieder der selver bestaande uit veele kleene bladerkens, dewelke al te samen twee aan twee over malkanderen staan, uitgenomen het laatste, 't welk altoos eensaam en ongepaart blijft: en sijn dese particuliere kleene bladerkens smal, spits toelopende, geschaart, anderhalve duym lang, van boven donker, van onderen ligt-groen.

De bloemen komen veel byeen te voorschijn, aangenaam van reuk, vierbladerig, ook wel uyt vijf bladeren bestaande, deselve komen te voorschijn uyt de toppen der steelen, als mede uyt de oxelen der bladeren, steunende altesamen op een lange steel: Ider particulier bloemtje rust op een kort steeltje, zijnde uit den witte blauwagtig met purpur vermengt: uyt des selfs binnenste doet sig een holle peerschе, langagtige bloemstijl op.

De vrugten werden omvangen met een groen bekleetsel, en zijn dese steenig, hoekig, langwerpig-rond, en kleene olijf ge-

ſinguli quaterna utplurimùm ſemina oblonga, nigra, continent.

lijkende, en grauw-couleurig, waar van yder meeſt vier langwerpige en ſwarte zaden komt te outhouden.

OBSERVATIONES.

Qui è medio florum, è quinis petalis, extrorſum nonnihil reflexis, compoſitorum, emergit tubulus, in ſui extremo dirimitur in ſedecim, octodecim, imo viginti lacinias minutiſſimas, trepani in modum: ſub quibus laciniis è tubuli extremo interiore decem ſtaminula brevia luteola, oriuntur.

Stylus autem craſſiuſculus, è tubi fundo emergit, & fructus rudimento innititur.

AANTEKENINGEN.

*Het uyterſte van 't buyskeu, 't welk uyt het midden van dit vyf-bladerig, en buytenwaarts omgebogen bloemtje te voorſchyn komt, is in 17, 18, ja ook wel 20 ſeer kleene geſchaarde verdeelthede*n (laciniæ) *verdeeld, op de wyſe van een trepanum (trepaan of been-boor) uyt de binnenſte ſuperficie, even onder de geſeyde geſchaarde verdeeldheden, komen 10 geelagtige bloem-draden te voorſchyn.*

De bloemſtyl is dikagtig, en neemt ſyn oorſpronk uyt de grond van het buysken, en ſteunt op het beginſel des vrugts.



CAP.





THEREBINTHVS AMERICANA POLYPHYLLA

T.

CAP. LXXVII.

THEREBINTHUS AMERICANA POLYPHYLLA.

Par. Bat. Prod.

IN arboream excrescit proceritatem radice exiguâ, caudice molli, modicè crassò, cortice albicante prædito, quò læsò, humorem pinguem & viscidum fundit: Parte superiore in frequentes dispergitur ramos, quos folia vestiunt alternatim posita & pennata ex septenis novenisve foliolis uni costæ prælongæ adnatis, sibique invicem oppositis longitudine unciarum trium, latitudine autem unius, congesta, & brevioribus pediculis virescentibus fulta, ultimo & impari alam terminante.

Hæc folia tempore hyemali decidua, adversâ saturâ, aversâ verò pallidiore viriditate sunt prædita, margine nonnihil serrata, nervo per longitudinem excurrente, inscripta, sapore subacido, aromatico, permixto.

Floribus ac fructibus nunquam à me visis: plura addere supersedebo, donec notitiam perfectiorem acquisivero.

Calore quidem indiget in educatione

VEEL-BLADIGE THEREBENTHYN-BOOM VAN AMERICA.

DIt gewas heeft een kleene wortel, en groeit tot een bequame Boom, tamelijk dik, en sagt van stam, omvangen van een witagtige schorsse, dewelke gequetst zijnde, een witte en taije vogtigheyt van sig geeft; Boven aan verdeeld sig deselve in veele, breet uyt verspreyde, vederwijse, (Pennata) *ongepaarde bladeren, waar van ieder gecomponeert is uyt seven of negen kleendere bladeren, aan seer lange, en gemeene ribbens vast sittende, dewelke twee aan twee over elkander geplaast zijnde, van seer korte voetjens versien zijn, het laaste en uyterste alleen blijft ongepaart.*

Dese bladeren vallen des winters af, en sijn aromatic van smaak, met eenige suurigheid vermengt, welkers couleur van boven hoog, van onderen bleek-groen is, door deselve loopt een zenue na de lengte van de bladeren, en sijn aan de kanten geschaart.

Wat verders ontrend dit gewas te considereren staat, sal ik reserveren, tot dat nadere kennisse gekregen sal hebben, van des selfs bloemen en vrugten, dewelke ik tot noch toe noyt gesien hebbe.

In de voortteelinge deses moetmen ob-

multo, parcè tamen irriganda.

Natales suos Curassaviæ debet Americæ Insulæ.

serveren, dat men daar toe veel warmte van noden heeft, alsmede spaarsame bevogtinge.

't Groeyt in America op het Eyland Curacao.



CAP.

VIBVRNVM AMERICANVM URTICÆ FOLIIS, LAMII ODORE, FLORIBVS MINIATIS.



C A P. LXXVIII.

VIBURNUM AMERICANUM, URTICÆ FOLIIS, LAMII ODORE, FLORIBUS MINIATIS.

CAMARA TINGA. *Pisonis.*

PAtriam agnoſcit Americam celebrem, cujus ſemina, è Curacao tranſmiſſa, accepta referimus Nobiliſſimo ac Strenuiſſimo Viro, Dº. Dº. Simoni à Beaumond, Nobiliſſimorum, & Potentiſſimorum Dom. Ord. Hollandiæ & Weſtvriſiæ Secretario Digniſſimo: Quibus terræ commiſſis, nobis natæ ſunt diverſæ arbuſculæ, quarum radices comperi ligneas, albicantes, multis fibris capillatas.

Caudex tripedalis altitudinis, pollicem craſſus, cortice cinereo obductus, ſuperficie inæquali, anguloſus.

Rami juniores quadranguli, piloſi.

Folia bina ac bina ex adverſo poſita, formâ & odore Lamii æmula, rugoſa, ad exortum lata, in progreſſu latiora facta, tandem in mucronem abeunt, lanugine hirſuta, ſerrata.

E foliorum alis, ut & è caulium faſtigiis, flores emergunt, pediculis longioribus fulti, umbellatim diſpoſiri, monopetali, in quatuor lacinias diviſi, odoris haud ingrati, coloris primò lutei, poſtea aurantii, tandem rubicundi.

Hiſce defluxis, ſuccedunt fructus teretes, pulli, nucleo albo præditi.

Floret Menſibus æſtivis, autumnali verò tempore fructum perficit.

AMERICAANSCHE VIORNE, MET BRANDENDE NETELEN BLADEREN, DOOVE NETELEN REUK, EN MENI-VERWIGE BLOEMEN.

DIt gewas heeft tot ſijn Vaderland het vermaarde America: Wy hebben des ſelfs zaden gekregen van den Wel-Ed. Hr. Mr. Simon van Beaumont, Secretaris van de Ed. Gr. Mogende Heeren Staten van Holland en Weſt-Vrieſland, aan wie deſelve uyt Curacao toegeſonden waren: uyt deſe hebben wy verſcheyde boomtjens voortgeteeld, en bevonden dat hare wortelen wit, houtachtig en met veele fibren of ſazelingen beſet waren.

Des ſelfs ſtamme is drie voeten hoog opgeſchoten, een duym dik zijnde, de ſchorſſe is ongelijk van oppervlakte, hoekig, en grauw van couleur.

De jonge takjens ſijn vierkantig en hayrig.

De bladeren ſtaan twee aan twee over den anderen, van gedaante en reuk die van de doove Netelen gelijkende, rouw, breet aan haar begin, en puntig aan haar eynde, met een ſagte wolligheid beſet, ook ſijn deſelve aan de zijden geſchaart.

De bloemen komen uyt de oxelen der bladeren, als mede uyt de toppen der takkens voort, ſteunende op lange voetjens, en ſijn kroontjens of wayerswijs (umbellatim) *gerangeert; deſelve ſijn eenbladerig, in 4 ſnippelingen geſneden, niet onaangenaam van reuk, eerſt geel, daar na orange-verwig, en ten laaſte root van couleur.*

Hier na ſoo volgen langwerpig-ronde, en ſwarte vrugtjens, waarin een wit pitje gelegen is.

Het bloeit in de ſomer maanden, en des ſelfs vrugten werden in den Herfſt rijp.

OBSERVATIONES.

Quos producit flores hæc planta, haud vulgaris elegantiæ specimen præ sese ferunt, in eadem enim umbella flores lutei, albicantes, & incarnati, in aliis miniati coloris.

Caudex in ramos bicompositos, ex adverso sites dispescitur, & hi in minores, quadrangulares, virescentes, hirsutie, imo spinulis curtis & rarioribus obsiti.

Folia, ordine decussato prodeuntia, brevioribus pediculis duris innituntur.

Flores tubiformes, & monopetali difformes, quorum oræ in quatuor lacinias latas, & inæquales divisæ; quarum duæ laterales minores existunt, infima maxima & magis producta.

Calices, infimam & exiguam florum particulam recipientes, suppositam habent ligulam herbaceam, angustam, acuminatam, quæ, flore excusso, remanet.

Stylus brevis, albidus, è fructus rudimento emicans, capitulo niveo, lucido, præditus, simul cum staminibus in florum tubo occultatur, nec sensum nostrum unà incurrunt, nisi flores aciculæ cuspide secundum longitudinem aperiantur.

Stamina brevia, luteolo apice capitata, duo paria è tubi lateribus oriuntur, quorum unum alteri suppositum.

Pediculi umbellam sustinentes sunt bicompositi, ex adverso siti, hirsutieque obducti.

Fructus sive Baccæ maturitatem adeptæ, pauco succo dulci præditæ, unicum semen continent.

AANTEKENINGEN.

De bloemen, dewelke van dit gewas voortgebragt worden, en sijn geensints van de geringste, want in een en 't selve kroontje vinnmen geele, witagtige, en incarnate, in andere meni-verwige bloemen.

De stamme word in gepaarde, en dwers over den anderen staande takken verdeeld, en dese wederom in kleendere, en vierkante takxkens, dewelke groen, ruygagtig, ja met korte doorentjens beset zyn.

De bladeren kruys-wys voortkomende, steunen op korte stevige steeltjens.

De bloemen sijn eenbladerig en buyswys, welkers randen in vier brede, en ongelyke snippelingen verdeeld zyn, waar van de twee op zystaande snippelingen de kleenste zyn, d'onderste de grootste, en langste.

De bloem-kelkjens, dewelke het onderste en een kleen gedeelte des bloems bevatten, hebben onder haar een groen, smal, scherpuytlopend tongsken, 't welk, schoon de bloem af komt te vallen, overblyft.

De bloem-styl is kort, wit, sijn oorspronk uyt het begin des vrugts nemende, deselve is versien van een sneeu-wit, blinkend hoofsje, en wort te gelyk met de bloem-draden in 't hol der bloemen verborgen, soo datmen deselve niet in 't gesigt en krygt, voor datmen de bloem met een speld na de lengte komt te openen.

De bloem-draden sijn kort, met een geelagtig hoofsjen versien, en twee paar in getale, voortkomende uyt de zyde van 't buysig deel des bloems, waar van d'eene onder den anderen is geplaast.

De steelen, die de bloemen ondersteunen sijn gepaart, dwers over den anderen geplaast, en met eenige ruygigheyt beset.

De vrugten of besien ryp geworden zynde, sijn met weynig soet sap begaaft, en eenzadig.



C A P.

MESPILVS AMERICANA LAVRI-FOLIA GLABRA FRVCTV RVBRO MVCILAGINOSO *Fig.*



C A P. LXXIX.

MESPILUS AMERICANA LAURIFOLIA, GLABRA, FRUCTU RUBRO MUCILAGINOSO.

CALABURA RUBRA FOLIIS LAURINIS.

Parad. Bat. Prod.

Arbor est in America procera satis, & patula, ramorum opacitate in vertice lasciva, Pyro similis.

In Horto Medico Amstelodamensi aliquot ante annos semine enutrita, in tripedalem altitudinem exerevit, caudice durô, digitum crasso, cortice fusco, amicta.

Folia glabra, splendentia, Laurinis sylvestribus non dissimilia, margine æquali, oblonga, quorum pleraque mucronata, alia autem mucrone destituta, parte supinâ atrovirentia, pronâ verò lætiore vigore prædita, è crassis, alternatim positis, pediculis ramis inhærescunt.

In Hypocaustis vitreis per aliquot annos conservata, nondum floruit.

AMERICAANSCHE APPEL-BOOM MET GLADDE LAURIER-BLADEREN, EN ROODE SLYMERIGE VRUGTEN.

Dit is een Boom, dewelke in America vry hoog wast, en sig in breet uytgesette takken verspreyt, gelijk als een Pereboom.

In den Amsterdamschen Medicijn-Hof is deselve voor eenige jaren uyt zaad opgequeekt zijnde, drie voeten hoog opgeschoten, en is des selfs stamme een vinger dik, hart van hout, en met een bruyne schorsse omvangen.

De bladeren sijn glad, blinkend, die van de Wilde Laurier niet ongelijk, effen aan hare kanten, langwerpig, waar van de meeste voor puntig zijn, sommige tegendeel rond, van boven donker-groen, van onderen bly-groen, sittende eensaam aan de takken, en dat op dikke voetjens.

Hoewel wy dit gewas eenige jaren in glasekassen bewaart hebben, soo en heeft het tot nu toe geen bloemen voortgebragt.

OBSERVATIONES.

Ramum hujus arbusculæ floridum in America resiccatum possidemus, qui fastigiatur in flores è calyce tripartito, non rarò quoque in quatuor lacinias diviso, emergentes, nec non longè lateque sese dispergentes, quorum pediculus communis in varios dispescitur pedicellos, hique in minores, flores immediatè sustinentes, pentapetalos, colore dilutè cæruleo.

Petala ad basin angusta, extremo lata, formâ & magnitudine Leucoji luteo flore, quorum in meditullio stylus apiculatus, post petalorum casum superstes, staminula inter multa ludit, capitulis quoque ditata.

AANTEKENINGEN.

Van dit Boom-gewas hebben wy een tak, met veele bloemen beset zynde, die in America gedroogt is: Dese bloemen besitten de toppe van de tak, en komen uyt een bloem-kelk voort, die in drie, ook wel in vier deelen is gescheyden: deselve verspreyden haar wyt en breet uyt, hebbende een gemeene bloem-steel, die sig in veele kleene, en dese wederom in nog kleendere bloem-steeltjens komen te verdeelen, aan welkers laaste de bloemen onmiddels vast sitten, dewelke vyfbladerig zyn, ligt-blauw van couleur.

De bloem-bladeren sijn smal aan haar grond, en breed aan haar uyteynde, van groote en gedaante die van de geele steen-violieren gelykende, uyt welkers midden een getopt of gehooft bloemstyltje te voorschyn komt, 't welk, de bloem-bladeren afgevallen of verwelkt zynde, na blyft, en rontom beset is met bloem-draden, die van gelyken met hoofsjens versien zyn.

Floribus præteritis ſuccedunt fructus, pulpâ molli, mucilaginosâ, rubrâ, conſtantes, ſemina quaterna ſimul juncta continentes, quæ coloris fuſci Ciceris majoris figuram exhibent, & disjuncta, triangula apparent & oblonga.

Pulpam hanc Caribani indigenæ ſugendo abſumunt, licet ſaporis non admodum grati.

In Curacao, ſubſequenti permixta ſatis frequens.

Na het vergaan der bloemen, ſoo doen haar de vrugten op, beſtaande uit een ſage, ſlymerig, en root merg, ontbeudende ieder vrugt in ſig vier aan een gevoegde zaden, dewelke bruin coulearig zynde, de figure van een groote ciceer vertonen, en van een geſcheide zynde, werden ſy bevonden driekantig en langwerpig te weſen.

Het merg deſer vrugten nuttigen de Caribanen al ſuigende, hoewel het ſelve ſoo geheel aangenaam niet en is.

Dit gewas groeit, nevens de volgende, rykelijk in Curacao.



CAP.

Mespilus Americana Alni vel Coryli foliis, fructu mucilaginoso albo. *Fig.*



CAP. LXXX.

MESPILUS AMERICANA ALNI VEL CORYLI FOLIIS, FRUCTU MUCAGINOSO ALBO.

CALABURA ALBA.

Par. Bat. Prod.

Mediocris staturæ arbor est hæc Americana, & præcedenti cognata, fructuum enim pulpa, quæ in hisce coloris albidi, admodum etiam mucaginosa est, ab Indis quoque expetita, ab Europæis verò (quod etiam de rubro intellectum volo) utplurimùm neglecta, ob saporem minus gratum & conspectum nauseabundum, utpotè manibus compressa muci in modum, in filamenta ductilis, unde nomen quoddam obscœnum apud Belgas Curacaovienses ortum.

Foliis à præcedente discrepat, quæ in hac latiora, rugosiora, ad margines aliquomodo undulata & crenata, Alni vel Coryli foliis quodammodo comparanda, sed magis mucronata, nervo conspicuo per foliorum medium discurrente, & minores alios ad latera emittente, donati.

Ramulorum fastigia occupant flores, pediculis longis & latè expansis innixi, è calyculo quadripartito emergentes, pen-

AMERICAANSCHE MESPELBOOM MET HASELAARS OF ELSE-BOOMS BLADEREN, EN WITTE SLYMERIGE VRUGTEN.

Dese Americaansche Boom is van middelmatige stature, en met de voorgaande eenslagtig, want het merg deser vrugten wit-couleurig zijnde, is seer slijmerig, en van de Indianen ook seer begeert, maar van de Europianen ('t geen ook te verstaan is van die met een root merg begaaft zijn) meerendeels versmaad en veragt, wegens des selfs smaak, die haar niet seer aangenaam is; ook sijn dese vrugten walglijk in 't aansien, als men die met de handen wat komt te drukken, waar door sy dan in slijmerige draden haar komen te verbreyden, en van de Hollanders, die haar in Curacao ophouden, met een oneerlijke name genoemt werden.

Dit gewas is ten opsigte van des selfs bladeren van de voorgaande onderscheyden; die van dese plante sijn breder, rouer, aan de kanten op en nedergaande, en gescbaart; deselve kunnen eenigzints vergeleken werden met die van de Haselaar of Else-boom, hoewelse scherper aan haar uyteynde zijn; en loopt door het midden der selver een sigtbare zenue, waar uyt ook andere voortkomen, die haar na de zijden verspreyden.

Het uyterste der takxkens besitten wijt uytverbreyde bloemen, op lange voetjens, deselve komen voort uyt bloem-kelkxkens

tape-

tapetali, præcedentis floribus ſatis conformes, ſed coloris albi, ſtaminibus apiculatis ditati.

die in vier deelen ſijn geſpouwen ; en ſijn deſe bloemen vijfbladerig , de voorgaande gelijkende , maar wit van couleur , en verſien van bloem-draden , die met kleene hooftjens begaaſt zijn.





RHVS VIRGINIANVM FOLIIS MYRTI. *Fig 8.*



C A P. LXXXI.

RHUS VIRGINIANUM FOLIIS MYRTI.

INter alias plantas rariores, donavit nos quoque hàc arbusculà Reverendissimus & Nob. D. Henricus Compton, Episcopus Londinensis, Botanicorum Dux & Princeps, nomine *Rhois Virginiani.*

Procera non est hæc planta, in fruticem excrescens; cui radix tenuis, fibrisque capillata; Caudex haud crassus, cortice viridi tectus, parte superiore in ramos brachiatur, quibus folia certis intervallis binatim posita adnascuntur, saturà viriditate persusa, crassiola, formà Myrti Italicæ similia, ad oras minutissimis crenis nonnihil serrata, in mucronem abeuntia, gustu exsiccante, non sine omni adstrictione.

Ad foliorum exortum pediculus prodit longus, crassiusculusque, cui flosculus innititur singularis, non rarò quoque bini, eodem pediculo innati, inodori, calore ex subluteo virescente, rubedine permixto, præsertim parte postica, pentapetali, è quorum medio umbo quidam exsurgit, in cujus ambi-

VIRGINIAANSE SMAK MET MYRTUS BLADEREN.

ONder andere rare gewassen is ons ook dit Boomtje, met de name van Virginiaansche Smak *vereert geworden, van den seer waardigen, en Edele Heer Henricus Compton, Bisschop tot Londen, die een seer groot kender der gewassen is.*

Dit gewas en komt tot geen groote hoogte, groeiende alleen tot een matelijke heester: het heeft een dunne wortel, die van veselen versien is, waar uyt een dun stammeken te voorschijn komt, bekleed met een groene schorsse, en is van boven in takken verdeeld, dewelke met gepaarde, en op een sekere distantie wat van den anderen staande bladeren versien, dewelke donker-groen, en dikaghtig zijn, die van de Italiaansche Myrtus niet qualijk gelijkende, aan de zijden seer weynig geschaart, scherp-toelopend, droogagtig en t'samentrekkend van smaak.

Het bloemsteeltjen, 't welk dik en lang is, doet sig op uyt de oxelen der bladeren, waar van ieder een, ook wel twee bloemkens ondersteunt: deselve sijn reukloos, van couleur geel-groen met eenige rodigheyt vermengt, voornamentlijk van agteren; dese bloemkens sijn vijfbladerig, uyt welkers midden een schiltje te

tu quinque exigua puncta prominula extant, staminum loco.

voorschijn komt, in wiens omtrek vijf ronde uytpuilende stiptjes gevonden worden, is plaats van bloemdraden.

Floret Mense Junio.

Het bloeit in de Maand van Juny.



C A P.



IASMINVM AZORICVM TRIFOLIATVM FLORE ALBO ODORATISSIMO — Fig. 82



C A P. LXXXII.

JASMINUM AZORICUM TRIFOLIATUM, FLORE ALBO ODORATISSIMO.

HOc Jaſminum peregrinum, perpetua fronde virens, radice conſtat alba, multis fibris capillata.

Caudex articulatus, cortice griſeo intectus, in varios diſpeſcitur ramulos tenues, longos, & molles.

Folia in geniculis terna è communi pediculo longo prodeuntia, ac è lata baſi in mucronem deſinentia, obſcuro virore nitent, Jaſmini Indici flavi odoratiſſimi Ferrarii latiora, iis tamen rotunditate ac rigiditate cedentia.

Flores è viminum cimis prodeuntes, pediculis longis fulti, coloris ſunt candidi, odoris ſuaviſſimi, pentapetali ut & tetrapetali, qui integri decidunt: Horum petala vulgaris Jaſmini petalis ſunt productiora & latiora, inter quæ prominet ſtyli capitulum.

Floret Menſe Auguſto, fructus verò nunquam videre mihi contigit.

Soboles eſt inſularum Azores dictarum, indeque advectam primus poſſedi: Solem auramque calidiorem amat, ſolumque irriguum.

OBSERVATIONES.

Anno reparatæ ſalutis M DC XCIII menſe Decembri, Jaſminum hoc rariſſimum, fructu onuſtum, offendimus in excultiſſimo & exoticarum plantarum ditiſſimo Horto Beaumontiano, qui oblongo-rotundus & viridis, Lauri Baccis magnitudine non cedens, antequam maturitatem fuerat adeptus, decidit.

DRIE-BLADERIGE AZORISCHE JASMYN, MET WITTE EN SEER STERK-RIEKENDE BLOEMEN.

DEſe vreemde ſoorte van Jaſmyn, ſtaat altoos groen, en komt uyt een witte zazelrijke wortel voort.

De ſtamme in leden verdeeld, en met een grauwe ſchorſſe omvangen zijnde, wert in verſcheyde dunne, lange, en zagte takken verdeeld.

De bladeren komen drie by een uit de knietjens voort, ſteunende op een lang en gemeen voetjen, deſelve ſijn breet aan haar grond, en lopen ſcherp toe, van couleur donker-groen, blinkend, breeder als die van de Indiaanſche geele welriekende Jaſmijn van Ferrarius, edog niet ſoo rond, nog ook ſoo ſtijf.

De bloemen, uyt het opperſte der rijskens of takxkens voortkomende, ſijn gloeijend-wit van couleur, ruſtende op lange voetjens; ook ſijnſe vijfbladerig, ook wel vierbladerig, ſeer lieflijk van reuk; deſelve vergaande vallen niet ſtukwijs, maar geheel af; hare bloem-bladeren ſijn langer en breeder, als die van de gemeene Jaſmijn, tuſſchen dewelke het hooftje des bloem-ſtijls uytſteekt.

Het bloeyt wel in Auguſto, maar de vrugten heb ik noyt geſien.

Het is afkomſtig uyt de Vlaamſche Eylanden, van waar ik het aldereerſt gekregen heb; en vereyſt tot des ſelfs voortteelinge heete ſonne, en vogtige aarde.

AANTEKENINGEN.

Deſe ſeer rare Jaſmin hebben wy in 's Jaar 1693, in de maand van December, vol vrugten gevonden, in den ſeer ryken, en welgeoeffende Beaumontſchen Hof: deſe vrugten waren langwerpig-rond, groen, en in groote die van de Laurier-beſien geenſints wykende, en ſijn eyndeling afgevallen, voor datſe ten vollen ryp wierden.

Flores pro soli fertilitate plures, paucioresve protrudit, in communi pediculo non rarò septenos invenimus, quorum duo & duo ex adverso uni singulari pediculo insident; hi non omnes simul & eodem tempore panduntur, suntque monopetali, è gracili tubo in quinque profundas lacinias, culmum latas, repandas, acuminatas, divisi: Hisce floribus subest calix exilis, denticulatus, pediculis uncialibus nixus.

Na de vrugtbaarheyd des aardryks brengt dit gewas meer of min bloemen voort; wy hebbender meermaals seven op een gemene steel vinden sitten, waar van datter twee aan twee dwers over elkander op een enkeld steeltjen saten; dese, niet alle te gelyk, en op eene tyd open-gaande, syn eenbladerig, en in vyf diepe, een stro brede, omgeslage, puntige snippelingen (laciniæ) *gesneden, en komen dese snippelingen uyt een enge en schrale buysig deel des bloems, waar onder de bloem-kelk, die kleen en getant* (denticulatus) *is, gevonden werd te sitten op een steeltjen, 't welk een duym lang is.*

Apices bini, longiusculi, lutei, sulcati, brevissimis ac ne vix quidem conspicuis staminibus fulti, lateribus imi tubuli annectuntur, in quo ita occultantur, ut visum, maxima ex parte, fugiant, nisi aciculæ cuspide aperiatur tubulosa floris pars.


De bloem-draden syn twee in getale, en soo kleen, datmen deselve besvaarlyk sien kan; dese syn versien van twee langagtige geele, gevoorde, hoofsjens (apices); *dese bloem-draden nemen haar oorspronk uyt de zyden van 't onderste van 't buysig gedeelte des bloems, waar in sy soodanig verborgen leggen, datse voor 't grootste gedeelte niet gesien kunnen werden, ten sy men met een speld het buysige deel na de lengte openmaakt.*

Stylus albidus, longus, è tubo florum prominulus, capitulo oblongô, dilutè virescente, præditus est.

De bloem-styl is wit, lang, een weynigsken uyt het buysig deel uytstekende, en begaaft met een kleen, langwerpig, ligt-groen hoofsjen.



CAP.




Lycio similis frutex Indicus spinosus, Buxi folio
Fig. 83

CAP. LXXXIII.

LYCIO SIMILIS FRUTEX INDICUS SPINOSUS, BUXI FOLIO.

Breyn. Prod. 2.

INDIAANS DOORNAGHTIG LICIUM-GELYKENDE HEESTER, MET PALM-BLADEREN.

QUamvis non fatis conveniant Authores, quæ plantæ Lycio accenfendæ, vix tamen dubitandum, quin ifthæc Lycii fpecies fit, calculum apponente Breynio, ut patet ex ejus denominatione fupra dicta.

HOewel de Kruyd-befchrijvers niet over een en komen, in het aanwijfen wat voor Planten onder het Lycium gerekend moeten werden: foo iffer noghtans naulijkx aan te twijfelen, of dit gewas behoort onder't felve; 't geen de Heer Breyne ook toeftaat, blijkende fulkx uyt de bovenftaande benaaminge, van hem ingevoerd zijnde.

Hæc nobis femine peregrè delato, prodiit caudice recto, qui lignô durô conftans, in tripedalem proceritatem jam adolevit, fub climate noftro librô atro-cinereô & fpinulis obductus; Parte fuperiore in plurimos undique diffunditur ramos tenues, fpinulis acutis, tenuibus, alterno ordine, æqnali quôdam intervallô circumpofitis, armatos, ad quorum exortum, foliola oblonga, fupinâ parte faturè viridia, & nitentia prona ex glauco cinerea, Lycii Syriaci buxi foliis anguftiffimis fimilia, molliora tamen & latiora, nitentia, nonnihil mucronata, fingula, bina, terna, imò quina pluraque fimul juncta, cohærentia, fapore amariufculo adftringente.

Dit gewas uyt vreemd zaad voortgekomen zijnde, heeft een regte hart-houtige ftamme, en is nu drie voeten hoogh opgefchooten, met een donker-grauwe baft omvangen zijnde; boven aan werd defelve in veele dunne takken verdeeld, en is befet met dunne en fcherpe doorntjens, dewelke eenfaam rontom de takken en ftamme ftaan; aan defe haar grond komen langwerpige en eenighfints puntige bladerkens te voorfchijn, dewelke van boven bruyngroen en blinkend, vau onderen ligt-grauwgroen zijnde, die van't Lycium Syriacum met feer fmalle Palm-bladeren niet qualijk en gelijken, hoewel fy fagter en breeder zijn; defe bladerkens ftaan fomtijds eenfaam, ook wel twee, drie, ja vijf by een, bitter en t'famen-trekkend van fmaak.

Nullos hactenus flores, multò minus fructus nobis protulit.

Rariſſima & à nemine hactenus deſcripta hæc planta, perpetuâ fronde viret, calore multô, & culturâ exactiſſimâ indigens.

Tot nu toe en heeft het hier geen bloemen veel minder vrugten voortgebragt.

Het ſtaat altoos groen, en is nog van niemand anders beſchreven; tot deſſelfs onderhoudinge werd een exacte oeffeninge, en veel warmte vereyſt.



CAP.



LYCIVM ÆTHIOPICVM PYRACANTHÆ FOLIO

Fig 84



CAP. LXXXIV.

LYCIUM ÆTHIOPICUM PYRACANTHÆ FOLIO.

Non solùm caudex, verùm etiam rami juniores spinis armantur, quæ inter frondes emergunt.

Foliis est inordinatè positis, Pyracanthæ in totum æmulis, pediculis brevioribus fultis, longitudine duas uncias superantibus, unciam ferè latis, ad exortum angustis, mucronatis, paululum crenatis, crassis, rigidis, hilariore viriditate præditis, in exortu non raro coloris fusci, sapore amaro, cum aliquali adstrictione.

Perpetuâ fronde virens arbuscula isthæc in hybernaculo conservari potest, frigoris modicè patiens.

Originis est Capitis Bonæ Spei, indè semen nobis transmissum, nomine supracitato.

Quantumvis ex aliis hauserim, plantam esse bacciferam, huic denominationi nil addere volui, donec flores aut fructus in conspectum venerint.

MOORELANDS LYCIUM, MET BLADEREN VAN PYRACANTHA.

De stamme van dit gewas en is niet alleen met doornen, die tusschen het loof voortkomen, gewapent, maar ook selfs de jonge takxkens.

De bladeren staan sonder ordre op korte voetjens, deselve sijn by na een duym breet, en in lengte twee duymen overtreffende, smal aan haar grond, spits toelopende, een weynigsken geschaart, dik, stijf, blygroen van verwe, hoewel rosagtig in haar eerste voortkomen, bitter van smaak, met eenige t'samentrekkinge, en in 't geheel die van de Pyracantha gelijkende.

Dit Boomtje altoos groen staande, kan de koude tamelijk wel verdragen; weshalven het in een Oranje-huys des winters geconserveert kan werden.

De geboorte plaats is de Caap de Goede Hoop, van waar ons de zaden toegesonden zijn, met de bovengemelde benaminge.

Hoewel ik uyt andere verstaan hebbe, dat het een besie-dragend gewas is, soo en hebbe ik egter tot dese benaminge niets willen toedoen, voor dat my de bloemen zijn voorgekomen.

OBSERVATIONES.

Tripedalis & altior hic frutex ramosus radice fundatur ligneâ, multa vimina emittente, obsequiosa, (præsertim juniora) coloris herbacei, spinis horrentia rigidis & acutis, quarum nonnullæ aliis longiores foliosæ exsistunt.

Florum pediculi alis foliorum exeunt, tenues, firmi, unciam aut sescunciam longi, qui bifurcati alios breviores producunt pedicellos, flores sustinentes pentapetalos, numerosos, albicantes, quibus expansis, petala oblonga, angustaque apparent, primò quidem plana, recta, postea vero extrorsùm reflexa.

Staminibus gaudent quinis, albidis, apicibus luteis capitatis, ut & calice in quinque lacinias diviso.

AANTEKENINGEN.

Dit struykig gewas, drie en meer voeten hoog groeiende, heeft een houtagtige wortel, waar uyt veele scheuten voortkomen, dewelke in 't eerst groen en redelyk tay zyn, versien van harde en scherpstekende doornen, waar van sommige met bladerkens beset zyn, voornamelyk die gene, dewelke in langte d'andere komen te overtreffen.

De bloemsteeltjens, uyt de oxelen der bladeren voortkomende, syn dun, stevig, en een of anderhalf duym lang, dewelke in twee gespouwen zijnde, weer andere en kleendere steeltjens voortbrengen, waar op veele by een staande witte, vijfbladerige bloemtjens gevonden worden, welkers bloem bladeren langwerpig, smal, en in 't eerste plat zyn, maar daarna buygen sy haar buytenwaarts om.

Yder bloemtje, uyt een vijfbladerig kelkje voortkomende, is versien van vyf witte bloemdraden, met geele topjes aan haar uyteynden.

E florum medio umbo emicat, Piperis nigri per medium dissecti ferè magnitudine, dilutè virescens, caseoli instar compressus, è cujus medio stilus niveus, brevis, tenuis, extremò tripartitus emergit.

Flores simol cum suis pedicellis facillimè à majori & communi pediculo decidunt: florentem invenimus hanc arbusculam Mensibus Augusto, Sept. & Octob.

Floribus emarcidis, succedunt vascula seminalia tumida, (non verò baccæ) oblonga, crassiola, angulosa, primò viridia, per maturitatem rubentia, in qoatuor carinas dehiscentia, quarum duæ tantùm carinæ sibi invicem oppositæ, septô intermediô gaudent, in unaquaque carina septô non gaudente, unicum invenimus semen oblongo-rotundum.

Uyt des bloems midden komt een ligt-groene schildwyse verhevenheid voort, in groote met een doorgesnede Peper-koorn by na overeenkomende, op de wyse van een ingedrukte keesje; uyt het middelpunt vertoont sig een kort, sneeu-wit, en dun styltje, wiens uyterste in drien is gesplouwen.

Dese bloemen in Augusto, September en ook wel in October te voorschyn komende, vallen met hare steeltjens seer ligt van de gemeene en groote steel af.

Na de bloemen en volgen geen besien, maar langwerpige, dikke, opgeblase, hoekige saatbuyskens, dewelke in 't eerste groen, en ryp geworden zynde, rood zyn; dese splouwen haar in vier kielwyse (carinatas) *verdeelingen, waar van datter twee, tegens den anderen overstaande, na de lengte door een tusschenkomend scheytsel in tween verdeeld worden, waar in wy geen zaden hebben gevonden, maar de twe andere hadden yder een langwerpig-rond zaatje in haar.*



CAP.

ULMI FACIE ARBVSCVLA ÆTHIOPICA RAMVLIS ALATIS, FLORIBVS PVRPVRASCENTIBVS Fig. 8



CAP. LXXXV.

ULMI FACIE ARBUSCULA ÆTHIOPICA, RAMULIS ALATIS, FLORIBUS PURPURASCENTIBUS.
Cat. Horti Beaumont.

FRutex est duum triumve pedum proceritate, cortice cinereo-viridi amictus, parteque superiore in varios, tenues, ramulos divisus, quorum cutis subfusci coloris, spinulis exiguis hic & illic armata.

Folia curtis pedicellis fulta, ac nullo ordine, nunc bina & bina, nunc alternatim posita proveniunt, uncialis aut sescuncialis longitudinis, unius verò latitudinis, ad exortum rotunda, margine crenata, formà Ulmi minoris, foliò angustò, scabrò similia, dilutè viridia, sapore exsiccante.

Flores dilutè rubei, inodori, pediculis brevibus insidentes, octonis petalis oblongis, ad exortum angustis, extremo rotundatis constant, multisque staminibus luteo-rubicundis, capitatis, in oblongiusculo & tereti stylo fasciculatim nascentibus, & umbilicum occupantibus, donantur.

Floribus præteritis, succedunt vascula seminalia in terna aut quaterna loculamenta angulosa partita, superiore parte aliquousque disjuncta, & in angulos elata, unoquoque semen unicum continente.

Floruit in viridario nostro A°. M DC xc. Mense Augusto.

An hæc eadem sit, de qua mentionem fecit Clar. Prof. Hermannus in Parad. Bat. Prod. nomine *Ulmi facie arbor Curassavica*, affirmare haud possum: Possidemus autem illam ex liberalitate Nob. ac Stren. Viri D.D. Simonis à Beaumont, qui nobis eam trans-

MOORELANDS OLMS-WYS BOOMTJE, MET GEVLEUGELDE TAKXKENS, EN PEERSCHE BLOEMEN.

'T Is een twee of drie voeten hoge heester, bekleed met een grauw-groene bast, van boven wert deselve in verscheyde dunne takxkens verdeeld, welkers bekleedsel rosagtig is, hier en daar met kleene doorntjens gewapend.

De bladeren sijn ligt-groen, staande onordentlijk, somtijds twee aan twee tegen over den anderen geschikt, somtijds eensaam, en dat op korte voetjens: dese sijn een ook wel anderhalf duym lang, een duym breet, rond aan haar begin, aan de zijden geschaart, van gedaante die van de kleene smalbladige Olm-boom gelijk, en opdrogend van smaak.

De bloemen op korte voetjens staande, sijn ligt-rood, sonder reuk, en bestaan uyt agt langwerpige bloem-bladeren, die aan haar uyterste rond toelopen; ook sijn se versien van veel opgehoopte bloem-draden (stamina) *voortkomende uyt een lang-rond bloem-stijltje* (stilus) *aan haar uyteynden versien van kleene geel-roode topjes* (apices.)

Na de bloemen doen haar de zaadbuyskens op, in drie, ook wel vierhoekige cellekens verdeeld zijnde; dese sijn van boven een weynig van den anderen gescheyden, en steken hoekwijs uyt, waar van yder een zaatje best.

In onsen Hof heeft het Anno 1690, *in de Maand van Augusto gebloeyt.*

Of dit Boomtje 't selve is, waar van de Heer Professor Hermans gewag maakt in sijn Par. Bat. Prod. met de name van Ulmi facie arbor Curassavica, *dat is*, Olmswyse Curassausche Boom, *en derf ik niet versekeren: 't is ons toegesonden door den*

misit, nomine, *Ulmi facie arbusculæ Æthiopicæ, ramulis alatis, floribus purpurascentibus.*

Ed. en gestrengen Heer Secretaris Simon van Beaumond, met benaminge van Ulmi facie arbuscula Æthiopica, ramulis alatis, floribus purpurascentibus, *dat is*, Moorelands Olms-wys Boomtje, met gevleugelde takxkens, en peersche bloemen.

OBSERVATIONES.

An isthæc planta in ætate tenella spinis fuerit armata, minimè ausi sumus affirmare, in adolescente autem iis prorsus destitui, autopsia affirmat.

Flores decapetali, pediculis innituntur uncialibus ex rubeo-virescentibus.

Horum petala duplici quasi ordine disposita, quorum quina exteriora calicem mentientia, longiora & carinata, facie externâ ex viridi purpurascentia, internâ verò purpurea: Interiora & breviora autem quina petala utrinque purpuræ decorem induunt: unguibus petalorum interiorum præpositæ sunt quinæ, crassæ, curtæque appendices foliaceæ.

Stylus ex umbilico emicat dilutiore viriditate perfusus, cujus apex stamina numerosa, conferta, purpurascentia, longitudine inæqualia exserit, apicibus croceis capitata.

Pediculi flores sustinentes non ex alis foliorum, verùm ex opposita parte ortum ducunt.

Folia mansu mucaginem remittunt.

AANTEKENINGEN.

Of dit gewas nog jong zynde, met doorntjens is beset geweest, en derven wy niet verzekeren, 't is altoos seker dat deselve, ouder geworden zynde, geen doorns heeft.

De bloemen zyn gemeenlyk tienbladig (decapetali) *en werden onderstennt van voetjens, die een duym breet lang zyn, van couleur root-groen.*

De bloem-bladeren (petala) *zyn in een dubbelde ordre gerangeert, waar van de vyf buytenste het bloem-kelkje representerende, langer als de volgende, en wat uytgeholt zyn, van buyten uyt den groene purpuragtig: De vyf binnenste en kortste bloem-bladeren zyn van buyten, soo wel als van binnen purperverwig, boven welkers nagelsjens* (ungues) *vyf, dikagtige, en kort-bladerige aangroeysselkens gevonden werden.*


De bloem-styl uyt des bloems navel voortkomende, is ligt groen, wiens opperste veele byeengehoopte bloem-draden uytgeeft, dewelke in lengte van den anderen verschillende, purperagtig zyn, en met Saffraan-verwige topjens versien.

De steeltjens, waar op de bloemen staan, en komen niet voort uyt de oxelen der bladeren, maar tegens over deselve.

De bladeren gekauwt zynde, geven een slym van haar.



C A P.




EVONYMVS NOVI BELGII, CORNI FÆMINÆ FOLIIS

C A P. LXXXVI.

EVONYMUS NOVI BELGII, CORNI FÆMINÆ FOLIIS.

INter varia, telluri à me commissa, semina, quæ è Novo Belgio consecutus sum, ex munere Reverendissimi, Doctissimique Viri D. Henrici Selyns, ibidem Verbi Divini Ministri, germinavit semen hujus plantæ, quæ quarto à satione anno luxuriavit, floruit, nec non ad frugem perducta est.

Radice alitur lignosa: caudex minimum digitum crassus, rarioribus brachiatur ramis, quorum ramulorum extimorum cortex dilutè rubescit.

Folia inordinata, pediculis hærent rufis, semiuncialibus & brevioribus, tres uncias longa, fesqui unciam lata, extremo in acumen producta, margine crenata, dilutè virescentia, Corni fæminæ similia, ast minora.

Flores plures simul umbellæ ferè modo juncti, extremis ramulis inhærent, albicantes, pusilli, inodori, pentapetali, è quorum umbilico stylus prominet.

Hisce fatiscentibus, succedunt fructus trianguli, coloris spadicei, parvi, in quibus semina tria, maturitatem exeunte æstate acquirentia.

Quantumvis sub climate nostro duriore satis patiens sit culturæ, attamen hyemali tempore in hybernaculo convenienti locanda, ubi perpetuà fronde haud viret, exeunte enim æstate decidunt folia, quæ renovantur insequente vere.

Non malè convenit hæc planta cum *Evonymo Jujubinis foliis Caroliniensi, fructu parvo ferè umbellato.* Plukenetii Phyt. p. 1. Tab. 28. attamen hanc eandem esse,

NIEUW-NEDERLANDS PAPENHOUT, MET CORNOELJE-WYFKENS BLADEREN.

ONder verscheyde Nieuw-Nederlandsche zaden, die ik gekregen hebbe van den Eerwaardigen en seer geleerden Heer Henricus Selijns, Bedienaar des Godlijken Woorts aldaar, is het zaad van dit gewas opgekomen, 't welk in 't vierde jaar na desselfs zaijinge, weelderig en vigoureus gebloeit, en ook vrugten voortgebragt heeft.

Des selfs wortel is houtagtig: de stamme, een pink dik zijnde, wert in weynige takken verdeelt, welkers schorsse ligt-root is.

De bladeren staan sonder ordre op rosse voetjens, zijnde een halve duym lang, ook wel wat korter; deselve sijn drie duym breet lang, anderhalf breet, puntig, aan de zijden geschaart, bleek-groen van verwe, van maaksel die van de Cornoelje wijfken gelijk, maar in alle deelen kleender.

De bloemen komen voort uyt het opperste der takkens, en dat veel by een, eenigsints kroontjens-wijs; deselve zijn wit, kleen, reukloos, vijfbladerig, uyt welkers navel of midden de bloem-stijl uitpuilt.

Dese bloemen werden gevolgt van driehoekige, kleene Castanie-couleurige vrugtjens, waar in drie zaden onthouden werden, die in 't uitgaan des somers rijp komen te werden.

Hoewel dit gewas onder ons climaat wel aarden wil, soo is 't evenwel, dat het des winters in een bequame Orangerie bewaart moet werden, alwaar het des selfs bladeren laat vallen, die dan in 't voorjaar of Lente weder uitschieten.

Dit gewas en komt niet qualijk overeen met dat gene, 't welk de Heer Plukenet in sijne Phyt. p. 1. Tab. 28. genoemt heeft, Caroleins Papenhout met Jujube-bladeren, en

non ausim affirmare, propterea quod flores Evonymi Plukenetii ex alis foliorum emergunt, nostri autem è cimis cauliculorum.

kleene byna kroontjens-wijse vrugten; *evenwel en derve ik niet voor seker seggen, dat het 't selve is, om dat de bloemkens van 't Papenhout van Plukenet uit de oxelen der bladeren haren uytgang hebben, en d'onse uyt de toppen der takxkens.*



CAP.

EVONYMVS VIRGINIANA RIBESII FOLIO CAPSVLIS ELEGANTER BVLLATIS *Fig. 8*



C A P. LXXXVII.

EVONYMUS VIRGINIANA RIBESII FOLIO, CAPSULIS ELEGANTER BULLATIS.

HAnc Arbusculam, quæ facilè Hortis nostris assuescit, nomine *Ribesii-foliæ Virginianæ*, acceptam refero Nobilissimo Viro, Dº. Henrico Compton, Episcopo Londinensi meritissimo, Botanologo summo.

Hanc in Horto Medico aliquot annis aluimus, floruitque Anno reparatæ salutis M DC XCI exeunte Mense Majo, fructusque conspeximus Mense insequente Junio.

Radice est lignosâ, repente & fibrosâ, è qua numerosos emittit cauliculos ligneos, teretes, parum crassos, amaricantes, bicubitales, aut etiam proceriores, cortice cinereo obductos: Rami juniores, nonnihil angulares, hilari viriditate perfusi, aliquali rubedine permixti.

Folia hyeme decidua, longis pediculis fulta, incondita, sinuata, angulosa, profundè serrata, Ribesii foliis haud dissimilia, adversâ parte hilariore virore prædita, aversâ verò dilutius virentia, sapore subamaro, cum aliquali adstrictione.

Rami fastigiantur in flores, umbellatim dispositos, quos sustinent pedicelli longiores & tenuiores: flores pentapetali, albicantes, rubidine non omninò carentes.

Stamina nivea, apicibus purputeis ditata, stylum circumstant.

Singulis floribus præteritis, perficiuntur vascula seminalia quaterna aut quina, bullata, parte inferiore conjuncta, cuspidata, perianthiis tetraphyllis insidentia.

PAPEN-HOUT VAN VIRGINIE MET AALBESIE-BLADEREN, EN CIERLYKE OPGEBLASE ZAATHUYSKENS.

D*It Boomtje, 't welk in onse Hoven wel groeien en bloeien wil, is ons toegesonden met de name van* Virginiaansche plante met Aalbesie-bladeren, *en dat van den Wel-Ed. Eerwaardigen Heer Henrik Compton, Bisschop tot Londen, groot liefhebber der gewassen.*

Wy hebben het eenige agter een volgende jaren in onse Medicyn-tuyn gequeekt, en heeft gebloeyt in 't Jaar 1691, *in 't uytgaan van May, waar na in Junio de vrugten quamen te volgen.*

De wortel is houtagtig, veselrijk, ook voortlopend, waar uyt veele ronde rijskens voortkomen, dewelke haar, van een grauwe scborsse omvangen zijnde, twe elleboogs hoogte, ook wel hooger uyt d'aarde verbessen: De jonge zijd-takjens sijn eenighsints hoekig, bly-groen van verwe, versélt met eenige rossigheyt.

De bladeren staan sonder ordre op lange voetjens, en vallen des winters af, deselve sijn ingesneden en hoekig, ook diep geschaart, de Aalbesie-bladeren niet ongelijk, blygroen van verwe, aan de onderste zijde ligter-groen, bitteragtig van smaak, met eenige t'samentrekkinge verselt.

Aan het uyterste der zijde takxkens komen de bloemen voort, waijer-wijs (umbellatim) *in de ronte gerangeert, en dat op lange voetjeus; deselve bestaan uyt vijf bloem-bladeren* (petala) *wit van verwe, met eenige rodigheyt vermengt.*

De bloem-draden (stamina) *zijn sneeuwit, met purpere topjes versien, staande rontom een rood stijltje* (stylus.)

Na dat de bloemen vergaan zijn, volgen vier ook wel vijfhoekige bolle, en als opgeblasen spits-toelopende zaadhuyskens, versien van een kelkje, 't welk vierbladig is.

Ex hisce fructibus facilè est colligere, hanc plantam Evonymo esse accensendam.

De usu ac viribus altum apud Authores silentium.

*Het is uyt de vrugten ligt af te nemen, en te besluyten, dat dit gewas onder 't geslagte van Papenbout (*Evonymus*) hoort.*

Wat gebruyk het in de Medicijne heeft, daar van en vintmen tot nog toe niets geschreven.

OBSERVATIONES.

Florum pediculi unciales, lirati, ex viridi rubescentes.

Flores calice gaudent quinis foliis constante.

Quilibet alveolus capsulæ seminalis unum, duove continet semina, splendentia, albida, magnitudine & formâ seminibus Violarum non admodum disparia.

AANTEKENINGEN.


De steelen der bloemen zijn gevoort, een duym lang, en uyt den groene rosagtig.

De bloem-kelken zijn vijfbladerig.

Yder gedeelte van 't zaadhuysken onthoud in sig een, ook wel twee zaden, dewelke wit en blinkend zynde, niet qualyk overeenkomen met het zaad der Violen, soo wel ten opsigte van de groote, als forme.



CAP.





GVAIACVM AMERICANVM LENTISCI FOLIO

C A P. LXXXVIII.

GUAJACUM AMERICANUM LENTISCI FOLIO.

AMERICAANS POKHOUT, MET BLADEREN VAN DE MASTIC-BOOM.

Luxuriavit hæc planta per aliquot annos in Horto nostro, è semine Americano prognata.

Radice est ligneâ, multis fibris capillatâ, è qua caudex digitum minimum ferè crassus, in bipedalem procceritatem, undique ramosus, nunc excrevit, cortice griseo tectus.

Folia alata utplurimùm ex quatuor foliorum paribus uni costæ adnatis, sibique invicem oppositis, composita; suntque hæc foliorum paria nitentia, oblongo-rotunda, parte superiore atroviridia, rigida, Lentisci foliis similia, sapore adstringente.

Frigoris impatientissima, eandem exposcit culturam, quam Guajacum Ceratoniæ folio, conservandaque in hypocausto vitreo.

Dit gewas, uyt Americaans zaad van ons opgequeekt zijnde, heeft eenige jaren in onsen Hof weelderig gegroeit.

Het is verfien van een houtaghtige wortel, die veselrijk is, uyt dewelke een stammeken, nu twee voeten hoog opgeschoten, en een vinger dik geworden zijnde, alsints in takjens verdeeld is, omvangen met een grauwe schorsse.

De bladeren sijn gevleugelt, (alata) *meest uit vier paar bladerkens te samen gevoegd, die aan een steeltje tegens elkanderen over staan, en sijn dese van boven donker-groen, blinkend, langwerpig-rond, stijf, die van de Mastic-boom gelijkende, en t'samentrekkend van smaak.*

Het en kan geen koude verdragen, weshalven het in een glase-kasse gesteld, en gecultiveert dient te werden, op de wijse van 't Pokhout met bladeren van St. Jans-broot (Ceratonia.)

OBSERVATIONES.


Fructus Evonymi ad instar utplurimùm quadranguli, pedicellis uncialibus innixi, in quibus quatuor semina oblonga & nonnihil rotunda, ab una parte prominula, colore fusco, intus medulla albicante prædita.

AANTEKENINGEN.

De vrugten gelyken niet qualyk die van 't Papenhout, deselve zyn meest vierhoekig, staande op steeltjens, die een duym lang zyn, waar in vier langwerpig-ronde zaden gehuysvest zyn, dewelke aan eene kant wat uitsteeken, zynde bruyn van ceuleur, van binnen met een wit merg verssen.



CAP.



ARBOR BRASILIANA MYRTI LAUREÆ FOLIIS INODORIS. Fig 89



C A P. LXXXIX.

ARBOR BRASILIANA MYRTI-LAUREÆ FOLIIS INODORIS.

BRasilia alit hanc plantam, unde in Hortum nostrum transferri curavit Illustrissimus & Nobilissimus D. Jeronimus Nunis d'Acosta, Regis Lusitanici legatus, cujus munificentiâ hanc, & multas alias possidemus plantas.

Radice est ligneâ, fibrls numerosis donatâ.

Caudex cortice griseo, rugoso, amictus, diametro sescunciali in arbusculæ altitudinem excrescens, in varios dirimitur ramos, quorum extremitates tenuissimæ.

Foliis parum aut nihil odora, contrariis inter se pediculis brevissimis, aut nullis fulta, ramis adhærent bina ac bina, cordiformia, duas uncias longa, unam lata, glabra, nitentia, atro-viridia, in primo exortu pauxillo purpuræ permixta.

Frigoris non admodum patiens, multoque humore indigens, perpetuò viret, verùm nunquam floruir sub climate nostro. An hæc planta sit *Myrtus Zeylanica odoratissima Baccis niveis monococis*, P. Hermanni, affirmare haud possum, fructibus à me nunquam visis.

OBSERVATIONES.

Cum Myrto Ceylanica odoratissima, à Clar. Hermanno in Cat. Hort. Lugd. Bat. pag 435 & 436 delineata,

BRASILIAANSCHE BOOM, MET REUKLOOSE LAURIERIGE MYRTE-BLADEREN.

DE natuurlijke groei-plaats deses Booms is Brasil, van waar deselve in onsen Hof gekomen is, door den Doorluchtigen en Edelen Heer Jeronimus Nunis d'Acosta, Resident van den Koning van Portugaal, dewelke ons dese, en veel andere planten mildelijk medegedeeld heeft.

Des selfs wortel is houtagtig, en zaelrijk.

De stamme met een grauwe, rouwe schorsse omvangen zijnde, is anderhalve duym diameters dik, en tot een booms hoogte wassende, werd deselve in verscheyde takken verdeeld, welkers uiterste takjens seer dun zijn.

De bladeren hebben weynig of geen reuk, en twe aan twe over elkander staande, hegbten sy haar aan de takken met bijster korte voetjens, deselve sijn hartswijs twe duym breet lang, en duym breet, glat, blinkend, donker-groen van verwe, en in haar eerste voortkomen met een weinig purpur vermengt.

Of dit gewas, 't welk altoos groen staat, en niet seer wel de koude verdragen kan, 't selve is, 't geen de Heer Professor Hermans seer wel-riekende Zeylontsche Myrtus, met witte en eenzadige Besien, *noemt, zulks en kan ik niet versekeren, dewijle ik de vrugten noit gesien hebbe.*

AANTEKENINGEN.

Dese Boom oordeelen wy met de Ceylonsche seer wel-riekende Myrtus, van de Heer Professor Hermans, en sijn

& quàm accuratiſſimè deſcripta ; minimè confundendam cenſemus hanc arborem , magnâ foliorum differentiâ inter illas exiſtente , quæ enim in hac arbore cordiformia, in illa auguſtiora , magis mucronata , & digitum longa dicuntur.

Hort. Lugd. Bat. pag. 435. *en* 436 *afgebeelt , en ſeer net beſchreven , geenſints te moet werden geconfundeert , nadien datter groote onderſcheid is tuſſchen de bladeren , want die van deſen boom door de Heer Commelin beſchreven ſyn hartswys , maar die van d'andere werden geſegt ſmal , ſcherper toelopend , en een vinger lang te zyn.*



C A P.



ARBOR BACCIFERA INDICA FOLIIS MAJORIBUS SPLENDENTIBUS, FLORE PENTAPETALO. Fig. 9



CAP. XC.

ARBOR BACCIFERA INDICA, FOLIIS MAJORIBUS SPLENDENTIBUS, FLORE PENTAPETALO.

Anno M DC Lxxxvi. varia ad me transmissa sunt semina, inter se adeò confusa, ut difficile fuerit uniuscujusque speciem seorsim electam, colligere: Ea propter omnia commixta solo convenienti commisi.

Inter hæc, hujus quoque arbusculæ semen progerminavit, sextoque à satione anno in altitudinem quadripedalem excrevit: Caudex pollicem crassus, cortice subnigricante amictus.

Folia incondita, pediculis brevioribus pilosis & ferrugineis, nixa, longitudinem æquant duarum palmarum, latitudinem autem unius palmæ, extremo mucronata, ad oras non crenata, adversâ parte virore nitentia, aversâ autem omnis splendor & viroris intentio abest: præterea obsita sunt tomento piloso, præsertim in primo ortu, per adolescentiam verò hirsutiem amittunt aut deponunt.

Venæ laterales è costis foliorum oriundæ, non binatim aut conjugatim, sed incondito ordine prodeunt.

Costarum pars adversa, quæ cœlum respicit, dilutè virescit, supina verò colore ferrugineo prædita; idem observare est in venis lateralibus, è costa oriundis, isthæc hirsuties tamen in sensus non incurrit, nisi oculi microscopio muniantur.

E ramis lateralibus flores oriebantur Anno M DC xcii Mense Julio pentapetali, pediculis brevioribus fulti, luteoli, dilutiore viriditate permixti; inter horum petala cuspidata stylus emergit, è prominentia nitente.

INDIAANSCHE BESIE-DRAGENDE BOOM, MET GROOTE BLINKENDE BLADEREN, en VYFBLADERIGE BLOEMEN.

IN 't Jaar 1686 sijn my zaden overgestuurt, dewelke sodanig onder een vermengt waren, dat men beswaarlijk yder soorte by den anderen konde versamelen: derhalve soo heb ik deselve, onder een vermengt zijnde, gesayt.

Onder alle dese, is het zaad van dit boomtje opgekomen, en het seste jaar na de zayinge wierd het vier voeten hoog, een duym dik, en was des selfs schorsse swartagtig.

De bladeren staan sonder ordre, en dat op korte ruyge en roestverwige voetjens, deselve sijn twee hand-breet lang, een palme breet, puntig, effen van kanten, van boven groen en blinkend, van onderen in tegendeel sonder eenige blinkentheyt, en ligter-groen: daar en boven sijn deselve met een hayrige donsigheid beset, voornamentlijk in haar eerste voortkomen, maar out geworden zijnde, so verlaten sy hare hayrwijse dons.

De zijdelijke aderen, dewelke uyt de roestverwige ribbens voortkomen, en staan niet twee aan twee gepaart, maar sonder eenige ordre.

De bovenste zijde der ribbens is ligtgroen, maar de onderste in tegendeel roestverwig; 't welk ook plaatse heeft in de aderen, dewelke uit de geseyde ribbens haren oorspronk nemen; dese geseyde dons en kan men niet in 't gesigte krijgen, ten sy datmen hier toe een vergroot-glas gebruikt.

Uyt de zijde takken quamen de bloemen in 't Jaar 1692 te voorschijn, en dat in de Maant van July; dese waren vijfbladerig, uit den geele, met eenige groenigheid vermengt, steunende op korte voetjens; tusschen dese gepunte bloem-bladeren, komt de bloem-stijl te voorschijn, en dat uit een blinkende verheventheid.

Folia exſiccata & maſticata ſaporem amaricantem & nonnihil adſtringentem, paulò poſt, dulcedinem linguæ communicant, ſucci Catechu ad exemplum, alliciuntque multum laticis aquoſi in ore maſticantis.

Ob teneritatem frigus perferre haud poteſt, itaque in repoſitoriis vitreis reponenda & conſervanda.

De bladeren gedroogt en gekauwt zijnde, geven eerſt een bittere en eenighſints t'ſamentrekkende ſmaak van haar, en een weynigsken daar na verandert die bitterheid in een zoetigheid, gelijk de Catechu, en maken ook dat door dit kauwen veel vogtigheid in de mont komt.

Het en kan tegens geen koude, en daarom ſoo moetmen deſelve in glaſe-kaſſen ſetten en bewaren.

OBSERVATIONES.

Tenues admodùm & obſequioſi ſunt ejus rami à caudice producti, qui verſus terram inclinantur, pilis breviſſimis ferrugineis ſtipati, præſertim verſus extremum.

Flores exigui ex alis foliorum prodeunt, quinis petalis conſtructi, intus luteis, extus ferrugineis.

Inter petala quinque ſtamina apicibus albis capitata, emergunt, quorum unumquodque, à peculiari petalo oblongo luteo ceu vagina, ſuccinctum, quod, ut viſui melius conſtaret, hic appoſita eſt figura floris, microſcopiò viſa.

AANTEKENINGEN.

De takken, dewelke van de ſtamme voortgebragt worden, ſijn byſonder dun, buygzaam, en alſints met korte, roeſtverwige hayrtjens beſet zynde, neygen ſy haar na het aardryk.

De bloemkens komen uit de oxelen der bladeren voort, welkers vyf bloem-bladeren van binnen geel, en van buyten roeſtverwig van couleur zyn.

Tuſſchen de bloem-bladeren doen haar vijf bloem-draden op met witte hoofjens, omvangen van een byſonder bloemblaatjen, op de wyſe van een ſeer kleene ſchede; het welke, om beter te kunnen werden geſien, ſoo is hier een figure door een vergroot-glas getekent zynde, by gevoegt.



C A P.



FRVTEX ÆTHIOPICVS PORTVLACÆ FOLIO FLORE EX ALBIDO VIRESCENTE 5



C A P. XCI.

FRUTEX ÆTHIOPICUS PORTULACÆ FOLIO, FLORE EX ALBIDO VIRESCENTE.

Radicem agit fibrosam, quæ caudicem producit bipedalem, ramosum, cortice virescente intectum.

Folia per intervalla alternatim ramis adnascuntur, pediculis brevioribus fulta, duas circiter uncias longa, unam verò lata, mucronata, pallidè viridia, margine æqualia, tenuia, tactu mollia, nullò sapore excellente.

Flores sunt pusilli, staminibus aliquot ditati, pentapetali, ex albido virescentes, qui senescentes decidunt, nullò fructus rudimentò relictò, ità ut eos videre mihi nunquam contigerit.

Modicum frigus perferre haud recusat.

Utrum solanorum generi sit accensenda hæc planta, sicuti Clar. D. Hermannus autumat, haud possum affirmare, qui fructus nunquam conspexi: Africæ alumna est & acceptam referimus Nobil. & Strenuiss. Viro Do. Do. Simoni van der Stel, Promontorii Bonæ Spei Gubernatori Dignissimo.

OBSERVATIONES.

Flores ex alis foliorum emicantes primâ facie mentiuntur decapetalos, quia calicis laciniæ petalis interpositæ cum illis intrinsecè concolores existunt; verùm accuratiore examine facto, pentapetalos esse flores cum Nobilissimo Authore Joh Commelino, de studio Botanico optimè merito, comperimus, vera enim petala sunt mucronata, plana, calicis autem laciniæ obtusæ & carinatæ, aversa parte virescentes.

Ex umbilico stylus prodit brevissimus, subalbidus, sub cujus fastigio quina pullulant stamina, stellatim disposita, apicibusque croceis ornata.

ÆTHIOPISCHE HEESTER MET PORCELEIN-BLADEREN, EN WITAGTIG-GROENE BLOEMEN.

De wortel, dewelke een getakte, grauschorssige, en twe voet booge stam voortbrengt, is veselagtig.

De eensaam staande bladeren, op korte voetjens steunende, groeijen een weynig van malkandere; deselve sijn twee duym lang, een breet, spits-toelopende, bleekgroen van verwe, ongeschaart, en effen van kanten, dun van substantie, sagt in 't aantasten, sonder merkelijke smaak.

De bloemtjens sijn seer kleen, vijfbladerig, witagtig groen, met eenige bloemdraden (stamina) *verrijkt, dewelke veroudert zijnde, vrugteloos komen af te vallen, soo dat ik der selver vrugten noyt gesien hebbe.*

Het kan de koude redelijk wel verdragen.

Of nu dit gewas, 't welk ons van de Caap de Goede Hoop toegesonden is, door den Ed. Heer Gouverneur van der Stel, onder 't geslagte van Solanum gerekent moet werden, gelijk de Heer Professor Hermans voorgeeft, sulks en kan ik, die des selfs vrugten noyt gesien hebbe, niet versekeren.

AANTEKENINGEN.

De bloemen, uyt de oxelen der bladeren spruytende, komen ons in d'eerste opslag der oogen voor, als of deselve tien-bladerig waren, om dat de verdelinge van't kelkje, tusschen de ware bloem-bladeren instaande, van binnen eencoleurig zyn met de bloem-bladeren: maar als naukeurig ondersogt zynde, bevinden wy, nevens den Ed. Heer Joh. Commelin (die tot opbouw van de kennisse der gewassen veel gecontribueert hebbende, groote eere waardig is) dat het vijfbladerige bloemtjens zyn, en dat de ware bloem-bladeren spits toelopende vlak zyn, maar de verdeelingen van't kelkje (Peryanthium seu calyx) *bevinden wy voor stomp, en eendagtig, ook uytgeholt, en van buyten groen te wesen.*

Het styltje uyt de navel voortkomende, is seer kort, witagtig, onder wiens opperste vyf bloemdraden (stamina) *sterrewyse haar opdoen, versien van saffraan-verwige topjes.*

Præter dicta ſtamina & alia tredecim, quindecim, plura, pauciorave viſuntur breviſſima, petalis incumbentia, & ex iis quoque prodeuntia.

Folia alternatim poſita ſaporis ſunt amari.

Per totam fere æſtatem floret, imò Menſibus Septembri, Octobri & Novembri floribus onuſtum hunc fruticem invenimus.

Behalven deſe geſeyde bloem-draden, ſoo vertonen haar nog dertien, en ook wel meer of minder, ſeer korte bloem-draden, dewelke op de ware bloem-bladeren gelegen zyn, en daar uyt ook voortkomen.

De bladeren eenſaam ſtaande, ſijn bitter van ſmaak.

Dit gewas bloeyt niet alleen de geheele ſomer door, maar wy hebben het ook in de Maanden van September, October en November vol van bloemtjens gevonden.





Vitex trifolia minor Indica Serrata

Fig. 92



C A P. XCII.

VITEX TRIFOLIA MINOR INDICA SERRATA. *Breyn. Prod.* 2.

BEM-NOSI *Hort. Mal. par.* 2.

NEGUNDA MAS. *Acostæ.*

EX munere Nob. & sæpius laudati D. Simonis van der Stel, Gubernatoris Capitis Bonæ Spei meritissimi, hanc possidemus plantam, quæ jam in altitudinem tripedalem ascendit, è radice lignosâ, fibratâ, intus albidâ, cortice fusco amictâ.

Caudex cortice fusco tectus, parte superiore in laterales ramos dispescitur, qui foliis ornantur tricompositis, pediculis longioribus innixis, quorum bina ex adverso sita, inter quæ tertium, impar & majus eminet: sunt autem hæc folia longiuscula, angusta, anterius cuspidata, raris crenis serrata, adversâ parte saturè viridia, nitentia, aversâ verò dilute virescentia, gustu nonnihil aromatico, cum adstrictione.

Neque flores, neque fructus conspexi, & quatenus Horti Malabarici Authores autumant, innituntur flores pediculis brevioribus binatim, aut bini ac bini in ordine decussatim exsurgunt, purpureo-cærulei, pentapetali, quorum unum petalum surrectum, instar galeæ: Inter hæc petala stamina prodeunt purpureo-cærulea, apicibus instructa: floribus succedunt Baccæ, maxima parte calyci insidentes.

Crescit ubertim in multis Indiæ locis: sub climate nostro cœlestibus injuriis satis patiens, modò à brumæ injuriis præfer-

KLEENE INDIAANSCHE DRIEBLADERIGE EN GESCHAARDE KUYSBOOM.

DAt wy dese plante in onsen Hof bekomen hebben, moeten wy den Wel-Ed. Heer van der Stel, Gonverneur op de Caap de Goede Hoop, dank weten, die ons deselve overgestuurt heeft, zijnde nu drie voeten hoog opgeschoten, en dat uyt een wortel dewelke houtagtig, zazelrijk, van binnen wit, en met een bruyne schorsse omvangen is.

De stamme met een bruyne schorsse bekleet zijnde, werd boven aan in takken verdeeld, waar aan drie t'samengevoegde bladeren sitten, en dat op lange voetjens; van dese drie bladeren zijnder twee dwers over malkanderen geseten, tusschen dewelke het derde en grootste geplaast word: dese bladeren sijn langwerpig, smal, puntig, met weinige tandekens geschaart, boven op donker-groen, en blinkend, van onderen ligt groen, eenighsints aromatic en t'samentrekkend van smaak.

Noyt sijn my de bloemen, nog ook de vrugten voorgekomen, maar voor so veel d'Autheuren van den Hort. Mal. getuigen, soo sijn de bloemen, op korte voetjens steunende, twee aan twe, kruyswijs over den anderen gevoegt, purpur-blauw, vijfbladerig, waar van een bloem-blad regt op staat, en dat helms-wijs: tusschen dese bloem-bladeren komen de bloem-draden te voorschijn, dewelke mede purpur-blauw van couleur zijn, versien van swarte topjens of hoofjens; na de bloemen volgen de Besien, voor 't grootste gedeelte van hare kelkjens omvangen zijnde.

Het wast overvloedig veel in verscheide plaatsen van Indien: en kan onder ons climaat redelijk wel aarden, alsmen het maar

vetur, & tempore hybernali in convenienti hybernaculo collocetur.

Magni esse usus per universam Indiam, testantur Authores Horti Malabarici.

OBSERVATIONES.

